tus scidit. & cum ingenti gemitu bonum inquit cu-  
stodem anime fratris dereliqui. Sed nunc michi  
equus pareat et dux itineris. Confestim igitur ab  
ecclesia concitus perans. cum pervenisset ad locum  
detinuit ab hijs latronibus qui custodias obsuabatur  
Sed ille nec fugere nec declinare presus usque nitens  
ingenti tamen voce clamabat. quod ad hoc ipsum veni ad-  
ducite michi principem vestrum. Qui cum veniret ar-  
matus eminens agnito apostolo pudore coactus in  
fugam vertit. Ille admisso post eum equo confestim  
sequitur fugitantiem. etiam etatis oblitus simul & cla-  
mans. Quid fugis o fili patrem. quid fugis in-  
mem senem. Noli timere. quoniam habes adhuc spem vi-  
te. Ego christo pro te rationem reddam. certe & mor-  
tem libenter excipiam sicut dominus excepit pro no-  
bis. & animam meam pro tua dabo. Ita tamen & crede mi-  
chi. quod christus me misit. At ille audiens restitit &  
vultum in terram demisit. Post hoc arma proiecit. &  
tremefactus flebat amarissime. Accedentibusque ad  
se senis puolutus est genibus. gemitibus & ululati-  
bus quibus poterat satisfacies. & vberimis lacri-  
marum fontibus iterum baptizabat solam dexteram su-  
am occultans. Apostolus vero iurisiurandi sacra-  
mento se ei a salvatore veniam impetraturus polli-  
cens. simulque genibus eius puolutus. atque ipsam dex-  
teram ex cuius conscientia torquebatur tangit pro penite-  
tiam iam purgatam deo culas. ad ecclesiam reuocat  
& indefinites pro eo orationes profundens ac cum ipso  
crebra ieiunia ducens. Sed & varios sermonum  
psolatibus exterritos eius animos mitigans. non prius  
cessavit quam eum in omnibus emendatum etiam ecclesie pro-  
ficere. et per hec magna exempla penitentiae prebens.  
& in eo trophea visibilis resurrectionis ostendens

Idem in quarto libro. Iohannes discipulus  
domini apud ephesum cum balneas laudandi gratia  
fuisset ingressus. & vidisset ibi cherinebum. ferre exi-  
luisse continuo & tunc cessasse non lotus dicens. Fuge-  
amus hinc. ne et balneae ipse corruant in quibus che-  
rinebus lauae veritatis mimice. XLIII.

De ruina ydolorum & veneno quod sine lesione bibit

Miletus.

Quoniam autem omnia Asia iohannem excoleret et  
predicari accedat ut cultores ydolorum sedi-  
tionem excitantes traherent eum ad tem-  
plum diane &urgeret ut ei sacrificaret. Iohannes  
autem blande exorabat populum ut longe se faceret a  
templo. Cumque omnes foras exissent. voce clara coram  
omnibus iohannes oravit ut templum et idola que in  
eo colebantur corruerent ita ut neminem lederet. Sta-  
timque ad vocem eius. omnia simul cum templo idola  
in pulverem redacta sunt. Eadem die. xii. milia ho-  
minum conversti sunt. & baptismo consecrati. Tunc pon-  
tifex idolorum excitavit seditionem in populo. ita ut  
populus contra populum pararet ad bellum. Cui ait  
apostolus. Quid tibi faciam aristodime ut tollam in-  
dignationem de animo tuo. Qui respondit. Dabo  
tibi venenum bibere. Quo hausto. si mortuus non fu-  
eris apparebit vix esse deum tuum. Cui annuente apo-  
stolo. ille ait. Prius est ut videas bibentes & sta-  
tim morientes. ut vel sic possis hoc poculum formi-  
dare. Pergensque ad proconsulem petiit ab eo duos  
viros qui pro suis erant sceleribus decollandi. Et sta-  
tuens eos in medio foro coram apostolo & omni  
populo. fecit eos venenum bibere. Qui mox ut bi-  
berunt spiritum exalauerunt. Illisque mortuis iacenti-  
bus. iohannes intrepidus et constans calicem accepit

factoque in eo signaculo crucis dixit. Deus cui omnia  
creatura deseruit. quem omnis potestas expauescit.  
cuius audito nomine serpens concouescit. draco fur-  
git. rubeta torpescit. scorpius extinguit. regulus  
vincit. & omnia venenata & noxia animalia ter-  
rent. tu extingue hoc veneni virus & operationes eius  
mortiferas. viresque eius euacua. & da omnibus hijs  
oculos ut videant. & cor ut magnitudinem tuam in-  
telligant. Hijs dictis os suum & se totum armauit  
signo crucis. & totum bibit quod erat in calice. At-  
tendens autem populus per tres horas vultum eius hi-  
larum. nullaque signa pallois omnino aut trepidan-  
tionis habentem. clamavit. Vnus verus deus est  
quem iohannes colit. XLIII.

De suscitacione illoz qui veneno interierant.

Aristodimus autem nec sic credens ait iohi-  
Inest michi adhuc dubietas. sed si istos  
qui hoc veneno mortui sunt in nomine dei  
tui excitaueris. emundabitur ab omni dubietate cor  
meum. At populi insurgentem in eum dicentes. In-  
cendemus te & domum tuam si ausus fueris aposto-  
lum dei vltra in sermone facere laborare. Aposto-  
lus autem videns seditionem fieri. petito silentio ait. Pa-  
ma est quam de diuinis virtutibus imitari debetis  
patientia. si adhuc infidelitate teneat non cessabo ab  
hoc ope quo possit medela vulneribus eius pueni-  
re. Et conuocans eum dedit ei tunicam suam dicens.  
Vade & mitte eam super corpora defunctorum & dices.  
Apostolus domini nostri iesu christi misit me. ut in  
eius nomine exurgatis. ut cognoscant omnes quod & vi-  
ta & mors famulantur domino iesu christo. Quod cum il-  
le fecisset & eos exurgere vidisset. adorans iohan-  
nem festinauit ad proconsulem dicens. Memorem  
te puto quod contra iohannem frequenter iram tuam  
excitavi & multa mala contra eum egi. Unde vere-  
or ne iram eius expiar. Est enim deus sub specie hominis  
latens. Nam venenum bibens incolumis perseuerat.  
et veneno mortuos tactu tunice sue pro manus me-  
as resuscitauit. Tunc venientes ambo prostrauerunt  
se apostolo scilicet aristodim et proconsul indulgentiam  
flagitantes. Quos ille suscipiens precepit eis  
vnius ebdomade ieiunium quo expleto baptizauit  
eos. Ipsi autem baptizati cum omni sua parentela et  
affinitate et famulis suis fregerunt omnia simulacra  
et fabricauerunt basilicam in nomine sancti iohis.  
in qua assumptus est. XLV.

De sancto euhice ac socijs eius & ceteris huiusmodi  
pauca martiribus. Ex vita sanctorum nerui  
& achillei.

Audiens iterum aurelianus quod domicilla  
magis adhuc diligenter euhicem uictorinum  
et maronem quem fecerat nereum et achil-  
leum. impetrauit a nerua impatore ut eos sibi da-  
ret si sacrificare idolis noluisent. Quos fortiter re-  
sistentes deposuit de insula et quasi suos pro singu-  
la predia sua diuisit ut terram quotidie foderent  
et sero cantabrum. id est frumenti quisquilias man-  
darent. Sed cum ibi omnes gratiosi essent et mira-  
cula facerent. et multos predicando conuerterent. ab  
aureliano penis varijs occisi sunt. Actor. Por-  
ro sub prefato impatore nonnulli etiam alij pro christo  
passi leguntur. quorum ad plenum gesta non reperi-  
sed ex martirio breuiter collegi in hunc modum  
Ex martirio xvii. kl. maii celebrat in yta-  
lia natale beatorum martirum maronis euhicetis et  
uictorini. Qui primo apud insulam pontiam in christi  
confessione longum ducentes exilium. postmodum



sub principe nerua cū conuertissent plurimos ad  
fidei iussu sūt varijs interfici penis. Itē rome non  
septembris beati victorini martiris qui sactitate  
& miraculis pclaris sacerdotiū aminternine urbis  
toti? populi electione adipiscit. Inde postmoduz  
sub impatore nerua iussus est suspendi capite de  
orsum. in loco vbi putentes & sulphuree emanāt  
aque. Qd cū p triduum p noie xpi passus fuisset  
gloriose corona: us victor migravit ad dominum  
Hugo vbi supra. Nerua deniqz cesar afflicte  
reipublice multū consuluit. dum traianum virum  
strenuū & sapientissimum sibi in filiū anteq̃ mo  
rere? adoptavit. Eusebi? in cronicijs. Ipse  
autē nerua in ceteris salustianis morbo pijs. Anno  
etatis sue lxxii. Decreto autē senat? inter deos re  
latus est. XLVI.

De imperio traiani.

Anno igitē dñi. c. mundi vero quartimille  
simo. lxxii. romanoz. xi. traianus regna  
uit annis. xix. Hugo vbi supra.  
Hic apud agrippā gallie urbem insignia imperij  
suscepit. moxqz germaniā trās rhenū sibi subegit  
& trās danubiū gētes multas supavit. Barbaras  
etiā nationes trans eufratē & tigrim sitas rdegit  
in puincias. Deniqz seleuciā & babiloniā occupa  
uit. & vsqz ad indie fines post magnū alexandriū  
accessit. Hic etiā fuit liberalis in amicos. habens  
in re militari diligentia. in ciuilib? lenitatem. & in  
subleuantis ciuitatib? largitatem. Deniqz pstra  
to & debilitato statu romano. in remediū malozū  
credebat diuinit? datus. Helimand? Hic ali  
quādo cum pfecturus ad bellū iam equū ascēdis  
set. vidua quedam apprehenso pede illi? miserabi  
liter lugens iusticiā sibi fieri de hijs qui filium ei?  
iustissimum & innocentissimum occiderāt posce  
bat. Tu inquit auguste impas. & ego tam atro  
cem iniuriā patior. Ego ait illē satisfaciā tibi cū re  
diero. Quid si nō redieris ait illa. Successor inqt  
meus satisfaciet tibi. At illa quomodo hoc sciam.  
Qd & si factur? est. quid tibi pderit si alius bene  
fecerit. Tu michi debitor es secuudu opa tua mer  
cedem receptur? Fraus autē est nolle reddere qd  
debet. Successor tu? iniuriā patientib? vel passu  
ris p se tenebit. te nō liberabit iusticia aliena. Be  
ne age? cum successore tuo si liberauerit seipsum.  
Hijs verbis motus traian? descendit de equo. &  
causā vidue p sententiā examinavit & digna satisf  
factione viduam consolatus est. XLVII.

De plutharco eiusdem pceptoze.

Huius institutor fuit plutharcus pbs q  
habebat seruū hominē nequā & otuma  
cem sed liberalib? disciplinis eruditissi  
mum. Contigit autē vt ei nescio quā ob causā tūni  
cam detrabi ceteriqz iuberet. lozo cepit ille verbe  
rari duriuscule. cū tamē inficiare? culpam dicens  
se nichil deliquisse. postremo cum nichil paceret  
rogando veniā vociferari cepit. & inter verbera  
seua & obiurgatoria loqui. nō ita se habere plu  
tharcum ut philosophū deceret. Irasci turpe esse  
ei pferim qui de malo ire sepi? disceptauerat li  
brumqz pulcherrimū scripserat d patientia. Adici  
ebat esse pbrosū q doctrinā morib? impugna  
bat. qui mentis ab integritate plapsus. effusus et  
puolut? in iram. plurimiqz plagis mulctaret in  
noxii. Ad hoc plutharc? lente & lenit? & summa  
cū grauitate ait. Nūquid q vapulas tibi irasci vi  
deor. Est ne ira mea si a me debitum recipis. Ex

vultu ne meo. an ex voce. an ex colore. an saltem  
ex verbis ira me corruptum intelligas aut core  
ptum. michi quidē neqz oculi vt opinor truces sūt  
neqz os turbiduz. Neqz immaniter clamo. neqz in  
spumam ruboremqz feruesco. neqz pudenda dico  
aut penitēda. neqz omnino trepido ira aut gestio.  
Hec omnia quippe si nescis iraz signa esse solēt. Et  
simul ad eum qui cedebat cōuerius. Interim inqt  
dum ego & hic dispntam? tu hoc age. & sine ira  
cundia mea retūdes huilem otumaciā. & iniquuz  
penitere doceas q iurgare. XLVIII.

De libro plutharci misso ad traianum.

Hic scripsit ad traianū libellum pulcherr  
mum de ostitione politica. cui? titul?  
est traiani institutio. in quo qualis debe  
at esse princeps eleganter descripsit. Cui? princ  
pium hoc est. Plutharcus traiano salutem dicat.  
Modestiam tuā nouerā nō appetere principatum  
quē tamen semp moxqz elegancia merens induisti.  
Quo quidē tanto dignior iudicaris quanto a cri  
mine ambitionis videris esse remotior. Tue itaqz  
virtuti cōgratuloz & fortune mee. si tamen recte  
gesseris quē probe meruisti. Alioquin piculis te  
& me detrahentiū linguis subiectū iri nō dubito  
cum & ignauiam impator? roma nō ferat. & sūmo  
publicus delicta discipuloz refundere soleat in p  
ceptozes. Sic seneca neronis sui merito detrahen  
tium carpit linguis. Adolefcentium suoz temerit  
at in quintilianum refundit. & socrates i pupil  
lum suū fuisse clementior criminat. Tu vō quid  
uis rectissime geres si non recesseris a te ipso. Si  
primū te cōposueris ad virtutem. recte procedēt  
vniuersa. politice ostitionis maiorum vires tibi  
exculpsi. cui si obtemperas plutharcū viuēdi ha  
bes auctozem. Alioquin pntem epistolaz testez  
inuoco. quia in pnciem imperij nō pergis aucto  
re plutharco. Idem plutharc? quattuor principi  
bus inculcare conat. s. reuerentiā dei. cultum sui.  
disciplinam officialiū & potestatum. affectum &  
protectionem subditoz. idem scripsit libz de ma  
gistratuū moderatōe qui inscribit archigimmarō  
XLIX.

De trāitu iohānis euāgeliste. Hugo vbi supra.

Traiani temporibus iohannes apostol?  
qui quasi vnus de paradisi fluminibus  
verba sancti euāgelij in toto orbe terra  
rum diffudit. cum esset annozum. xcix. migravit  
ad dñm. Miletus. Nam cū esset. xcix. annoz  
apparuit ei dñm? hiesus cū discipulis suis et ait  
Tempus est vt epuleris in diuino meo cū fratris  
bus tuis. dominica die resurrectionis mee q post  
quinqz dies futura est venies ad me. Itaqz domi  
nica die cōuenit omnis multitudo in pstatam eccle  
siam. & a primo gallozū cantu agens misteria dei  
omnem populum vsqz ad horam terciā diei allo  
cutus est hortans eos ad pseuerantiā. & nunciās  
eis vocationem suā. Post hoc iuxta altare foueaz  
iussit fieri et terram foris ecclesiaz proici. Descē  
densqz in eam expandit manus suas ad deū et ait  
Inuitatus venio gratias agens. quia me dignatus  
es domine hiesu xpe ad tuas epulas inuitare. sci  
ens q ex toto corde meo desiderabā te. Odoz tu?  
cōcupiscentias i me excitauit eternas. Et nūc do  
mine cōmēdo tibi filios tuos quos tibi virgo ma  
ter ecclesia p aquā et spiritū regenerauit. Aperi  
michi ianuā vite. princeps tenebrarum nō occur  
rat michi. et manus extranea non ptingat me. sed

1  
66  
suscipe me secundū verbum tuum. et perduc ad  
cōiuiū epulaz tuarum. Et cum omīs popul⁹ re-  
spondisset amen. lux tanta apparuit sup apostoloz  
vna fere boza ut null⁹ sufferr⁹ aspectus. Postea  
inuenta est illa fouea plena nichil aliud in se hñs  
nisi manna. qđ vsq; hodie gignit locus ipse. Ibi  
omnes homines ab infirmitatib⁹ et piculis liberā-  
tur. & p̄cum suarum obtinent effectū. **L.**  
De eius virginitate & rigoris iusti temperie.

**Ex plogo sup euāgelium eius.**

**H**ic est iohānes virgo electus a deo quē  
de nuptijs volentē nubere vocauit de⁹.  
Cui⁹ virginitatis in hoc duplex testimo-  
nium euāgelio dat⁹. qđ & p̄ ceteris dilectus a deo  
dicit⁹. & huic matrē suam pendens in cruce cōmē-  
dauit deus. vt virgine virgo seruar⁹. Et hic sciēs  
suppenisse diem recessus sui. cōuocatis discipulis  
suis in epheso p̄ multa signoz xp̄m. exp̄mēta p̄mēs  
xp̄m. descendens in defossū sepulture sue locū. fa-  
cta oratione positus est ad patres suos. taz extra-  
neus a dolore mortis. qđ a corruptōne carnis alie-  
nus. **Cassianus** in libro. vii. collationū. Ferē  
inquit sanctus abraham beatissim⁹ iohānes euā-  
gelista cum poicem molliter demulceret. quendā  
ad se habitu venatorio venientē subito cōspexisse.  
Qui miratus qđ vir tante opinionis & fame ad tā  
parua & humilia oblectamenta se submitter⁹. Tu  
ne es inquit ille iohānes cui⁹ fama insignis ac ce-  
leberrima. me quoq; sūmo desiderio tue agnitōis  
illexit. Cur ergo oblectamentis tā vilibus occu-  
paris. Cui beatus iohānes ait. Quid est qđ manu  
gestas. At ille arc⁹ inquit. Et cur nō eū tentum  
ait semp̄ vbiquē circūfers. Cui ille respondit. Non  
oportet. ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxa-  
ta mollescat ac depeat. Et cū oportuerit vt fortitudo  
in aliquā ferā spicula dirigant⁹. rigore p̄ nimie-  
tatem otimue tentionis amisso. violentior ic̄t⁹ nō  
possit emitti. Nec nostrī inquit beatus iohannes  
animi te offendat o iuuenis tam parua hec breuis  
qđ laxatio. qui nisi remissione quadam rigorem in-  
tentionis sue interdū releuet ac relaxet. si imisso  
rigore lentescens virtuti spiritus cū necessitas po-  
scit obsecundare nō possit. **Eusebius** in cro-  
nicis. Iohānem apostolū vsq; ad tpa traiani hīre  
neus episcopus p̄mansisse scribit. Post quē audi-  
tores ei⁹ insignes fuerunt. papias ierapolitanus  
ep̄us & polycarp⁹ smirne⁹ & ignatius antioche-  
nus. **LII.** **De crucifixione san-  
cti simeonis ep̄i.** **Eusebi⁹. iii. libro.**

**P**ost nerone domicianūq; sub traiano p̄  
singulas ciuitates ex insolētia populi p̄-  
secutionem in nostros accepimus motā  
Quo in tempore etiā simeon cleophe fili⁹. quē se-  
cundū hierosolimīs ord̄ inatū ep̄m supra docui-  
mus. p̄ martiriū carnis vinculis resolut⁹ est. Ho-  
rum a stipulator ipse est egeippus. Is ergo refert  
qđ a quibusdā hereticis accusat⁹ sit supradictus  
vir tanq̄ xp̄ianus & multis supplicijs affectus p̄  
multos dies. ita. vt etiā iudex ipse cū amicis suis  
de eius patientia miraret⁹. & ad vltimum iuberz si  
mili eū qm̄ domin⁹ ptulit passione vitā finire. **Sz**  
& ipsa verba quib⁹ p̄stata audire gratius puro  
Mit ergo cū de hereticis diceret. Ex hijs igit̄ ip̄s  
accusauerūt quidā simeonē cleophe filiu⁹ tanq̄ qđ  
esset ex genere dauid & xp̄ianus. & ita martir ef-  
fect⁹ est. cum esset annoz. cxx. sub traiano cesa-  
re apud acticū cōsularem. Addidit etiā hoc qđ ac-

cusatores eius cum illis temporib⁹ p̄quirentur  
si qui ex genere dauid & ex regia tribu descende-  
rēt cōphensi sunt in ipsos. **Qz** aut simeon vn⁹  
ex ipsis fuerit auditoib⁹ domini. vel longeuitas  
eius iudicio est. vel euāgelioz fides. Vbi etiā ma-  
ter ei⁹ maria cleophe vxoz iferē. **Sz** & alios quos-  
dam idem scriptoz refert. p̄ter eos de quibus su-  
pra diximus. nepotes iude. vn⁹ ex fratrib⁹ domi-  
ni p̄ idem tempus. supstitēs inuentos. & domici-  
ani temporibus maritres factos hoc mō scribens  
Veniunt igit̄ hi⁹ & p̄sunt omni ecclesie tanq̄ mar-  
tires & p̄p̄inqui domini. & reddita pace ecclesie  
p̄manserūt vsq; ad tpa traiani cesaris. usq; quo cō-  
sobrimus dñi simeon de quo supradiximus filius  
cleophe calunniaz patere ab hereticis tanq̄ xp̄i-  
anus cōsulari delat⁹. **A** quo cū multo tpe suppli-  
ciji⁹ fuisset affectus. martirio cōsumat⁹ est. omni-  
bus qui aderāt & ip̄o iudice admittantib⁹ vt. cxx.  
annoz senex crucis supplicij ptulisset. **LII.**

**De vita sancti clemētis pape.** **Ex gestis eius.**

**A** tempestate passus est sanct⁹ demēs  
papa. qui tercius post beatū petrū apo-  
stolum ita mox ornamentis pollebat. qđ  
omīb⁹ xp̄ianis & etiā iudeis ac gentilib⁹ ratiois  
capacib⁹ placebat. Cū itaq; domicillam neptem  
domiciani impatoris in virginitate sacro velamē-  
te cōsecrasset. & theodozā vxozē sifinnij in castitate  
manere p̄mitteret. sifinnij zelo ductus ecclesiā oc-  
culte intravit. scire volens cur illa ecclesiā sic fre-  
quentaret. At ubi demēs orauit ita cecus & sur-  
dus effectus est. qđ nil videns vel audiēs pueris  
suis dixit. vt se foras eicerent. Sed illi girātes p̄-  
toram ecclesiam ianuā ei⁹ inuenire non poterant  
Quos cum vidisset theodoza sic errātes. primo qđ  
dem declinavit ab eis putans qđ apertis oculis co-  
gnosere eam posset. Audiēs autē p̄ puerum quem  
ad eos direxit cur ita surdus & cecus esset orauit  
deum vt eū exire p̄mitteret. Quo facto cū renū-  
ciassent serui theodoze qđ adhuc cecus & surdus  
eēt. illa post missam p̄strata cū lacrimis ad pedes  
sancti clemētis rogauit eū. vt p̄ viro suo cui sic  
acciderat oraret. Et sanct⁹ demēs p̄umpēs in  
lacrimas rogauit omīs qui aderant vt simul omīs  
p̄ illo domino supplicarent. Et sic p̄fectus cū ip̄a  
ad eū iuenit ip̄m apertis oculis nil videntē & nil  
penitus audientem. Cūq; p̄ eo orasset & ipse au-  
diret & videret putās magice se delusum. iussit  
seruis suis vt clemētem ligarent & traherēt. At  
illi ligantes & distrabentes columnas. putabant  
sicut & sifinnio videbat qđ sanctū clemētem vin-  
ctum tenerent et traherent. Tunc sanct⁹ demēs  
abscessit monens theodozam vt p̄ viro suo semp̄  
oraret. donec eum domin⁹ visitaret. Flent itaq;  
theodoza et oranti ad vesperū apparuit sanct⁹ pe-  
trus canicie venerāndus dicens. Per te salu⁹ erit si-  
finnius. vt impleat qđ dixit frater meus paulus  
apostolus. Sanctificat vir infidelis p̄ mulierē fi-  
delem. Hoc dicens abscessit. Sifinnij quoq; theo-  
dozam ad se vocauit obsecrans vt p̄ se oraret. et  
sanctū clemētem ad se venire rogaret. Tūc illa  
p̄perans cum gaudio sanctum clemētem adduxit.  
Qui sifinnij de fide instruens. ip̄m cū alijs de do-  
mo eius numero. cccc. et. xxii. in pximo pascha  
baptizauit. Multi etiā nobiles et amici nerue im-  
patoris p̄ hunc sifinnij crediderūt. **LIII.**

**De exilio eius et passione.**

**O**Eni q3 comes sacroz publius tarquini2 pecuniā multis dedit. & contra sanctuz clementē maximā seditionē cōmouit. S3 mamertin2 pfect2 adductū sibi cū multis verbis inclinare temptaret. & ille prudenter & rationaliter ad omnia responderet. mādauit traiano imperatori qd clementē ep̄m qui nil mali fecerat sic popul2 accusasset. At ille remandauit eū debere aut sacrificare aut in exiliū ire vltra mare. Qd cū fuisset a senatu firmatū. tantā gratiā deus sancto clementi tribuit. qd etiā mamertin2 flens ppter eū & dans ei nauim & omnia necessaria multis d' cle ro & populo comitantib2 sic eum dimisit. Profectus autē in exiliū venit. & inuenit ibi plusq̄ duo milia xpianoz iam dudum ad secāda marmora dā natorum. Qui videntes sanctū clementē in fletū & lacrimas ppererūt. Quos cū ille ī domino cō fortasset. & a sex miliarib2 aqua deferrī audisset. orauit deū vt fontem suis confessoribus aperiret. Et post circūspiciens vidit agnum stātem. & erecto pede dext. rō quali locū ei ostendentem. Tūc clemens intelligens diuinū esse qd sol2 ipse viderat. p̄xit. ad locum cū omnib2 p̄cipiens vt ibi forent. Sed cum illū locum in quo agnus stabat nō tangeret. ipse accepto breui sarculo locum sibi pede agni percussit. & statim aquis exūdantib2 fōs erupit. Ad hanc famā & sancti viri doctrinā in vna die quingēti & ampliq̄ baptizati sūt. & intra vnum annum. lxxv. ecclesias construxerūt. Post tres annos audiēs hoc traian2 ex maligna relatione gentiliū quendā ducem illuc misit. Qui dum omīs velle mori cōspiceret. multitudini pepcit. & sanctū clementē solum ligata ad collum ei2 ancora p̄cepit. in mare submergi. LIII.

**De miraculis ei2 post obitum.**  
**Q**uod cū factū fuisset. & popul2 xpiano rum in litore simul fletet. corneli2 & fe bus discipuli ei2 monuerūt oēs orare de um. ut sibi corpus sui maritris demonstraret. statim mari p tria miliaria recedēte. ingressi p sicuz inueniūt in modum templi mormoreū habitaculū a deo paratū. & in archa corp2 sancti clementis petri discipuli. & ancorā iuxta eū. Reuelatum est autē discipulis ei2 ut eum collerent. In omni autez anno passionis ei2 die recedit mare. vii. dieb2. & aduenientib2 iuxta ciuitatē criffonā siccum prebz iter p tria miliaria. & expleto festo aque regrediū tur. In vna solemnitate cū mlr cū paruulo suo filio ad locum accessit. et post acta solennia doz miente puero repente mare rediens omīs ad lit2 p̄perare coegit. Tunc mater oblita filij cum ad litus venisset cū fletu & ciulatu maximo per litora discurrebat. si quis forte corp2 filij sui electū ad litus visisset. Et nichil inueniēs. tandē cōfortata a p̄p̄quis ad p̄p̄ia redijt. & totū annum ī lamē tatione deduxit. Post annum vō p̄perauit ad locum si forte de filio suo aliq̄ inueniret indicium. Itaq3 recedente mare omīs anticipās occurrit ad tumulum. Et cū post orationem surgeret subito vidit infantem sicut eum r. liquerat dormientem. Quē credens mortuū. accedens p̄p̄ius dormientem cognouit. et excitatū velociter exp. ctantib2 populis incolumem leuauit in vlnis. Et interrogatus vbi p annum fuisset. respondit se nescire si annus integer p̄terierat. sed se em̄ una nocte dormisse suauiter estimabat. LV.

**De sancta domicilla & ei2 sociab2. Ex gestis**

sanctorum nereii & achillei.

**P**orro aurelianus reuocans domicillā de exilio. iussit ad eā ire duas virgines eufrosinam & theodoraz collactaneas ei2 ut suaderent ei. At illa cū eisdem de domino p̄dicaret. fratrem theodoro ce cū & filiolum nutricis eufrosine mutam sanauit. Qd ille videntes. cum multis alijs paganis baptizate sunt. Post hoc aurelianus cum duob2 sp̄ohs theodoro & eufrosine & trib2 mimis. id est. ioculatorib2 venit. ut siml nuptias domicille celebraret. Et cum a sulphicio & feruliano increparet. verba eoz nō curans. iussit includi in thalamo domicillam. ut postmodū violenter opprimeret eā. Et deficientib2 in cantādo & saltādo mimis. ipse p duos dies tam diu saltauit. qd saltādo deficientis expirauit. Qd multi videntes cōuersi sunt. Tunc frater aureliani nomine luxurius impetrauit a traiano imp̄atore vt hos omīs ad sacrificandū cōpelleret. aut nolentes occideret. Vnde cū occidisset sulphiciū et ferulianum abiit ad p̄dictas virgines ad tarracinentem ciuitatem. Et cū nolent sacrificare. supposuit ignem in cubiculo in quo simul morabant. Que orantes p̄strare in facies suas spiritū emiserunt. Quaruz corpa sanct2 cesarius oyacon2 mane illesa reperiens sepeliuit. LVI.

**De sancto ignacio anthiocheno. Ex gestis ei2**  
**S**ub eodem passus est beatus ignacius discipulus sancti iohannis. Ep̄us vō antiochie. Qui cū diu p pace sancte ecclesie domino supplicasset. nō suum sed infirmoz piculum timens. traiano imp̄atori de victoria redeuntē. et mortem xpianis omib2 cōmittenti occurrit. et se xpianum p̄fiteēs. ferro vincetus iussus est romam duci. Traditus est ergo. x. militib2. quozuz crudelitas erga sanctum nullis beneficijs poterat mitigari. Veniens ergo p̄sentat traiano imp̄atori. Qui dixit ei ignaci cur anthiochia ciuitatem rebelare facis et gentem nostrā ad xpianitatem cōuertis. Ignacius respondit. Vtinam et te possem ab ydolatria cōuertere et ducere ad xp̄m. vt semper obtineres fortissimum p̄cipatum. Traian2 dixit. Sacrifica dijs. et eris p̄nceps sacerdotū meozum et mecum regnabis. Ignaci2 respōdit. Nichil estimo qd p̄mittis. nec sacrificabo dijs tuis. nec etiā honorem cupio tue dignitatis. facito de me quid quid vis. qd nullo modo me mutare poteris. Traianus dixit. Plumbatis scapulas ei2 contūdit. et vngulis latera laniate. et duris lapidibus ei2 vul nera cōfricāte. Et cum in hijs cōstantior pmaneret. ait traianus. Expandite manus ei2 et igne replete. et sup carbones viuos eum nudis plātis facite ambulare. Respondit ignaci2. Nec ignis ardēs nec aqua bulliens poterit in me dei extinguere caritatem. Traianus ait. Maleficia sūt hec. qd tanta patiens nō cōsentis. Respondit ignacius. Nos chri stiani malefici non sumus. imo in lege nostra maleficio viuere p̄mittere p̄hibemur. Malefici vos estis qui demones adozatis. Traianus dixit. Laniate vngulis dorsum eius. et aceto et sale pfundite plagas eius. Respondit ignacius. Non sunt cōdigne passiones hui2 temporis rē. Traian2 dixit. Tollite eum. et vinculis ferreis alligate. et in cippo in ymo carceris custodite. et tribus diebus et tribus noctibus a nemine videat. et sine cibo potiq3 pmanens post triduum a bestijs deuoretur. Tercio igit die iussu imp̄atoris senat2 cepit cum

populo cōuenire. vt viderēt ep̄m antiochie. qui cum bestijs habebat pugnare. Et sedens traian⁹ iussit adduci sanctum ignaciū. Quē cū moneretur vel iam cōsentiret. Cum superari nō posset dixit qm̄ sup̄bus est & otemptor alligantes eum. duos leones ad eum laxate. qui nec reliquias ei⁹ dimittant. Videns aut̄ eos sanct⁹ ignaci⁹ dixit ad populum. Viri romani qui hoc certamē aspicietis. nō sine mercede laboraui. qz nō ppter prauitatē hec patior. sed ppter pietatem. Triticū dei sum & detibus bestiarum molar. vt panis ei⁹ efficiar. Hoc audiens impator dixit. Grādis est tolerantia xp̄i anozum. Quis grecoz tanta toleraret p deo suo Respondit ignaci⁹. Non humana virtute hec toleraui. sed fide & adiutorio xp̄i. Hec illo dicente & leones puocante accurrerūt & pfocauerūt eū tm̄. eius carnē non tangentes. Et admirās traianus discessit. Et iussit vt si quis vellet tollere corpus ei⁹. nō phibere. Christiani vero tollētes eū honorifice sepelierūt. Traian⁹ aut̄ cū audiss⁹ que dam scripta que plim⁹ scōs ei⁹ misit in quib⁹ valō laudabant xp̄iani. quos impator iussit occidi. penituit de hijs que sancto ignacio intulerat. & de creuit vt null⁹ christianus inquireret si quis tam incideret puniret.

LVI.

De scriptis eiusdem.

Hieronim⁹ de illustribus viris.

**I**gnacius igit̄ ecelesie antiochie terci⁹ post petrū apostolum ep̄us psecutionem cōmouente traiano damnatus ad bestias romā vincit⁹ missus est. Cū qz nauigans smirnā venisset vbi polycarpus auditor iohānis ep̄s erat. scripsit vnā epistolā ad ephefios. alteram ad magnesianos. terciā ad tablēs. quartā ad romanos. Exinde egrediens scripsit ad philadelphios & ad smirneos. & ppriam ad polycarpum. cōmendās antiochensem illi ecclesiā. in qua & de euāgelio qd̄ nup̄ a me trāslatū est super psonam xp̄i ponit testimoniū dicens. Ego vō & post resurrectionē in carne eū vici. & credo quia sit. Et quādo venit ad petrū & ad eos qui cū petro erāt. dixit eis. Ecce palpate me & videte qz nō sum demoniū corpale. et statim tetigerūt eum & crederunt. Dignū aut̄ videt̄ qz tantū viri fecim⁹ mentionē & de epistola ei⁹ quā ad romanos scripsit pauca ponere. De siria inquit vsqz ad romam pugno ad bestias in mari & in terra. nocte & die ligatus cū. x. leopardis. Hoc est militibus qui me custodiūt. Quib⁹ & cū benefecerim. peiores sunt. Iniquitas aut̄ eoz mea doctrina est. sed nō idcirco iustificat⁹ sum. Vtinā fruar bestijs q̄ michi pparate sūt quas & oro veloces michi esse ad interitū. & alliciā ad comedendū me. ne sicut & aliozum martirū nō audeāt corp⁹ meum attingere. Qz si venire noluerint. ego vim faciā vt ipse deuozet. Ignoscite michi filioli. Quid michi p̄sit ego scio. Nunq̄ incipio esse discipulus. Nichil de hijs que vident̄ desiderās. vt xp̄m hiesū inueniāz. Ignis. crux. bestie. contractio ossū. membrorūqz diuisio. & toti⁹ corpis stritio. & tormēta dyaboli in me veniāt. tm̄ vt xp̄o fruar. Cūqz iā damnatus esset ad bestias & ardoze patiendū rugientes adiret leones ait. Frumentū xp̄i sum. dentib⁹ bestiarum moliar. vt panis mundus inueniar. passus est anno. xi. traiani. Reliquie corpis in antiochia iacent extra portam damnaticam antiochie in cimiterio. **A**ctor. Scripsit aut̄ sanct⁹ ignacius epistolas. xii. Hui⁹ cor cū minutatum diuisū

esset nomen dñi hiesu xp̄i literis aureis inscriptū vt legit̄ in singulis p̄tib⁹ inuentum est. Dixerat em̄ se habere xp̄m i corde. De hoc etiā beat⁹ doro sius in libro de diuinis noibus. Scripsit inq̄ etiā diuinus ignacius. amor meus est crucifix⁹.

LVIII.

De sancto eustachio & conuersione eius.

**E**ustachi⁹ vero cognomento placid⁹ magister milicie traiani impatoris pagan⁹ erat. sed tamen opibus misericordie sedulus insistebat. Cū aut̄ quotidie cum socijs suis venationi insisteret. quādā die gregem ceruozum inuenit. & circa eos militib⁹ occupatis. vidit intē ceruos vnū maiorem & pulcriorem. quem desiderans cape. fugientē in nem⁹ secut⁹ est. donec ceruus p̄grediens sup̄ altitudinē rupis staret. Dum qz cogitaret placid⁹ quomodo eū cape posset. s̄b ito vidit inter cornua cerui signum crucis & imaginem hiesu xp̄i. qui sic ei locut⁹ est p os cerui. **O** placide quid me insequeris. Ego sū christ⁹ quem ignorans colis. Hoc audiēs placidus p timore de equo cecidit. & post horā ad se rediens & cōsurgens visionem inspexit. Et tūc dixit ei domin⁹ qz ipse de nichilo cuncta creauit. et ppter hoies ad terram descendēs mortu⁹ & sepult⁹ die terciā resurrexit. Statim placidus se credere p̄fiteretur. Et iussit ei dominus vt p̄gens ad ep̄m baptismo gratie mundaret. Respondit placid⁹. Domine vis vt hoc dicam iugi mee et filijs meis. vt et ip̄i credent in te. Dixit ei dominus. Renuncia illis vt et ip̄i mudent. Et tu cras huc veni vt tibi rursus appareā et futura demonstrē. Descendens qz eustachio de monte. cum hoc iugi dixisset in lecto. exclamauit vxor ei⁹ dicens. Domine mi crucifixum deū vidisti quē colit xp̄iani. Et ego trāfacta nocte vidi eum dicentem michi. Cras tu. vir tu⁹ et filij tui venite ad me. Et nūc cognoui qz ipse ē hiesus christ⁹. Proinus ergo media nocte prexerit ad ep̄m rome et petierunt baptismū. Et ille baptizans eos cum gaudio placidum vocauit eustachium. vxorem eius theospitem. et filios eius agapitum et theospitum.

LIX.

De temptationibus quas dñs ei immisit.

**A**cto ergo mane eustachio sicut pri⁹ ad venationem p̄cessit. et ppe locum veniens dispersit milites suos. quasi sub obtentu inuestigande venatōis. et stans in loco foris prime visionis aspexit. cadensqz in facie euz postulasset deum dicere qd̄ ei p̄miserat. respondit ei dominus. Beatus es eustachio quia modo supra stī dyabolum et conculcasti eum qui te decepat. Modo apparebit fides tua. Oportet em̄ te multa pati. ut de alta vanitate humilieris. et rurs⁹ in spiritalib⁹ diuitijs exalteris. Tu ergo deficere noli qz p temptationes oportz te alterum iob demonstrari. Sed cum humiliatus fueris veniam ad te et in gloriā primā restituam te. Dic ergo si mō temptationem vis accipe aut in fine vite. Dicit eustachio. Domine si ita fieri oportz. modo accidere nobis temptationem iube. et da virtutem patientie. Respondensqz dominus ostans inquit esto. qz ego custodiā te. Et sic domino ascendente ad celos eustachio rediēs nūciant hec vxori sue. Post paucos aut̄ dies mortui sunt om̄s famuli et ancille et omnia pecora quecunqz fuerant illi. Et gratias agens fugit nocte cū vxore et filijs in equū et tota eozum possessio ad nichilum deuota est.

47  
p rapinam malorum. Dum vero iter agerent ap-  
pinquantes mari intraverunt nauem. Et cum trans-  
fretassent nec haberent unde nauis redderet. nau-  
clerus recinuit uxorem eius p nauo. Dum vero eu-  
stachius contradicens p ea supplicaret. coperto qd  
eum precipitare vellent in mari. reliquit uxorem suam.  
Et accipiens duos filios suos cum nimia lamentatione  
puenerunt ad quendam fluium. & ppter inundationem  
aque non ausus ingredi cum duobus filiis suis. reli-  
cto vno circa ripam alterum transportauit. Cum ite-  
venisset in medium fluminis ut alterum transferret  
ecce leo illum rapiens portauit in siluas. & despe-  
rans reuersus est spem habens alteri. Sed cum abi-  
ret ecce similiter lupus alium rapuit & abiit. Un-  
de non valens consequi eum cum esset in medio flumi-  
nis cepit plangere & capillos suos euellere. vo-  
luitq se picere in aqua. sed dominus primuit men-  
tem eius. qui futura prouidebat. Pastores enim cum ca-  
nibus eruerunt puerum leoni. Et aratores similitur  
lupo atque excusserunt. et sic ambo pueri in vno vi-  
co nutriti sunt. Hec vero eustachius nesciuit. sed cum  
luctu et lacrimis abiit ad quendam vicum. et ibi  
agros hominum per annos xv. custodiuit. Post hoc  
mortuus est ille naucler. et per gratiam dei cognosce-  
re non potuit uxorem eustachii. LX.

Qualiter a militibus agnitus ad imperatorem rediit.  
Imperator autem grauius infestatus ab hosti-  
bus memoratus est placidum quem semper  
strenue egisse cognouerat in officio bel-  
lorum. Et dolens de tanta eius mutatione milites di-  
xit per mundum permittens omnibus qui eum inueni-  
rent diuitias & honores. Eustachius itaque dum esset  
in agro vidit duos milites a longe venientes. & ex  
incessu eorum eos cognouit. Et veniens in memoria  
dignitatis sue perturbatus cepit & dixit. Domine de-  
us sicut istos propter spem videri qui mecum aliquando  
fuerunt. da ut videam diuitem meum. Nam scio de filiis  
meis quod a febris comesti sunt. Et ecce venit vox ad  
eum dicens. Confide eustachii. quia modo recipies  
honorem tuum & uxorem & filios. Videns ergo mi-  
lites ad se propius accedentes. obuiauit eis. & am-  
plius cognouit eos. Illi autem non cognouerunt eum.  
Et querentes ab eo si sciret hominem nomine placi-  
dum cum uxore & duobus filiis. cum ille nescire se  
diceret. tamen ad preces eius in hospitium ipsius diuer-  
terunt. Cumque dominus domum propter amorem eustachii  
alacriter eos reficeret. & eustachius recolens pristina-  
nam vitam suam lacrimas emittere non posset. egredi-  
ebatur plorans. & lota facie reuersus misstrabat eis.  
At illi considerantes eum paulatimque eum amplius co-  
gnoscentes ad signum cicatricis quod ex bello habe-  
bat in capite cognouerunt eum. Et exilientes &  
osculantes eum cum lacrimis interrogauerunt eum si  
ipse esset placidus. qui dudum magister fuerat mili-  
tum. & de uxore & filiis quesierunt ab eo. Et confes-  
sus quod ipse esset. de uxore & filiis dixit quomodo mor-  
tui essent. Hoc audito vicini omnes quasi ad specta-  
culum concurrerunt dum milites virtutem eius & pri-  
mam eius gloriam predicabant. Tunc milites dixe-  
runt ei precepta imperatoris. & eum vestimentis opti-  
mis induentes post iter xv. dierum ad imperatorem cum  
magna leticia deduxerunt. Et occurrens ei impera-  
tor osculatus est eum. Et interrogatus de cau-  
sa sue discessionis. exposuit coram omnibus quomodo  
uxorem & filios perdidisset. LXI.

Qualiter uxorem & filios suos cognouit.

Et statim ad magistrum militie cinctus  
numeratis militibus paucos contra hostes  
tot esse cognouit. Et iussit colligere tiro-  
nes per omnes vicos & ciuitates. Contigit autem quod duo  
filii eius statura & specie generosi de vico illo inter  
alios tirones ad eustachium deducti sunt. Et place-  
tes ei ex moribus & naturali affectu. primi inter  
conuicias eius electi sunt. Et sic profectus ad bellum  
subiectis hostibus repausauit exercitum suum tribus  
diebus in quodam ortulo ubi uxor pauper & hospi-  
ta manebat. Cumque nutu dei illi duo adulescentes  
hospitati essent in tabernaculo matris. nescientes  
quod mater eorum esset. sedentes meridie ceperunt  
colloqui de infantia sua. Dicebat enim maior mior-  
ni. Ego dum infans eram nichil aliud recolo. nisi  
quod pater meus magister militum erat & mater mea  
speciosa valde. Duos filios habebat. me & alium  
qui & ipse speciosus nimis. Et accipientes nos de  
domo exierunt nocte. Et cum transfretates egrede-  
remur de nauis. mater mea nescio quomodo in mari  
relicta est. Pater vero portans nos duos flens per-  
gebat. Et pueniens ad quendam fluium transiit cum  
fratre meo mior. Et antequam ad me veniret. subi-  
to leo de silua exiens rapuit me & portauit in siluam.  
Sed a pastoribus liberatus. nutritus sum in vico illo  
quem & ipse scis. Et non potui scire quid factum sit  
de patre meo nec de infante. Hoc audiens mior.  
exiliens cepit flere & dicere. Per deum ut audio  
frater tuus ego sum. quia qui me nutrierunt dice-  
bant. quia de lupo eruius te. Et amplexi oscu-  
labant se inuicem. Audiens hec mater eorum prouide-  
rans quod euentum suum ita seriatim dixissent diu tra-  
ctauit apud se si illi filii sui essent. Et sequenti die  
rogauit magistrum militum ut se ciuem romano-  
rum et captiuam duceret in patriam suam. Et con-  
siderans signa mariti sui cum se diuicius continere  
non posset prouide ante eum dicens. Precor te do-  
mine ut digneris michi exponere vitam tuam. Puto  
enim te esse placidum magistrum militie quem sic et  
sic conuertit deus. et qui tantam et talem sustinuit  
temptationem. Ego hec signa dixi tibi. Tu dic mi-  
hi per virtutem saluatoris tui. Audiens hec eusta-  
chius et uxoris sue specie recognoscens lacrimatus  
per gaudium osculatus est eam glorificans deum qui  
consolatur suos in omni tribulatione. Tunc dixit ei  
uxor sua. Vbi sunt filii nostri. Qui respondit. A-  
feris capti sunt. At illa dixit. Heri sedens in orto  
audiui duos iuuenes sic et sic suam sibi infantiam  
exponentes. Et statim vocans eos eustachius et  
audiens ab eis infantiam suam. recognouit quod e-  
rent filii sui. Et amplectens cum matre osculatus est  
eos. Congregatus itaque exercitus gaudens est nimis  
et de inuentione eorum et victoria barbarorum.  
LXII.

De sancto foca  
et eius altercatione cum africano. Ex ge-  
stis eius.

Ubi traiano passus est sanctus foca cuius  
passio non solum in igne sed in singulis  
quibusque tormentis qualis esset ostendit.  
Sed omni vite sue tempe tanto dei amore diuitus  
fuit. ut non incurrisse martirium sed impetrasse  
credatur. Sic enim infantie tempus exegit. ut ami-  
rabile nescio quid etiam tunc in eo diuine indolis  
appareret. Iam vero cum puberibus annis adole-  
scentie primus limen ingressus est. seuilem cepit mo-  
strare sapientiam. Accessu placidus. mente sobrius  
castitate gloriosus. amator iusticie. misericordie

magister . humilitatis iſtuctor . Itaq; cum ſingu-  
 los chriſtianos grauis gentiliū terror vrgēt . et  
 aliquantos iam diuerſarum penarum excruciarēt  
 ſeu tormēta . alijs latebza fuiſſet auxiliū . focas p  
 opinione nominis ſui qua p om̄s populos lauda-  
 batur indignatione puigili iubeē pquiri . Tandem  
 inuentus adducit . Nec em̄ tante glorie vir diuini  
 latere poterat aut nolebat . Cui tibi pſentato af-  
 fricanus pfectus ait . Quis es qui traianū p̄mici-  
 pem noſtrum deum nō eſſe teſteis . q̄ om̄s aduer-  
 ſarios ſuos vt vidit extinxit . Focas ad iſta ſic ta-  
 cuit . quali non audiſſet . vel alteri putaiſſet hoc di-  
 ctum . Quo ſilēte africanus exclamat . Quid taces  
 Cur ad interrogata non reſpondeſ . An ignoras  
 apud cuius tribunal aſiſtiſ . Reſpondit focas . Iaz  
 traiano nō ſufficit q̄ dicat impator . niſi diuini ſi-  
 bi inſup inuiſibile om̄ibus nomen aſciſcat . Tu me  
 impatoris tui minis a veritate eſtimas poſſe ſub-  
 duci . cum tu ille p̄ceptor vite ſue ſine cōpleto q̄  
 eſt hodie . cratiſmo nō futurus ſit . Deſiderata ſunt  
 michi ſupplicia que minaris . Feſtima ſi cōſulis . in  
 celeritate gaudiuz dabis . in dilatione ſupplicium .  
 Africanus ait . Nō eſt pena que cupiē . Parco tibi  
 itaq; . quia peire feſtimas . Reſpondit focas . Si  
 parcis interſice . Viuere em̄ me ſalute p̄petua p̄-  
 uſ ſc̄ito non poſſe . niſi hic moriar . Africanus ait  
 Oſtēde nobis deum tuū . & ego ab impatore meo  
 vt ei deſuiat obtinebo . Reſpōdit focas . Dominus  
 deus noſter regnat in celis . qui magnus eſt & in-  
 uiſibilis . At ille . Demoſtemis inquit . loquacitatez  
 ſupaſti Sacrificā qd̄ reſtat ne duro vranis incēdio  
 Aſpice . l . milia plus virozum ad te vnum . oculos  
 animoſq; dirigere . quos ſi in p̄mācia tua māſeris  
 ad ſimilem vane huius religionis eſ inuitaturus in-  
 ſaniam . Puris autē & magnis dijs ſacrificare de-  
 bemus . quos tu ſceleratos eſſe p̄nuncias . Reſpō-  
 dit focas . Non ſceleſti ſoluz ſed & miſeri . adulteri  
 & ſacrilegi . ac demones eſtimādi ſunt . Nec illi ſo-  
 lum . ſed etiā hij qui p̄ditionis huius cultu dei nom̄  
 ignorat . qui regnat in celis . cuius gloria & virtus  
 in ſecula ſeculoz . Et om̄is turba fratru circūſtās  
 reſpondit amen . **LXIII.**

**De viſione terribili circa eum & conſternatione  
 affricani .**

**T**unc tonitrua ſonuerūt & immenſus im-  
 ber effuſus eſt . om̄iſq; terra cōcuſſa eſt  
 & om̄i veſtigia nutare ceperunt . Cedit  
 p̄ſes africanus in faciem . & cū hijs militibus q̄  
 ei circum fecerant . ſine voce . ſine ſenſu ſolo ſtra-  
 tus aduoluit . Hoc aliquāti vidim? quib? reuelā-  
 tionem voluntas diuina ceſſit . Tātus em̄ pauor  
 & tāta reuerētia illi? miraculi fuit . vt vix paucis  
 concedere? aſpect? . Ignis em̄ ſe nimius e celo . dū  
 hec agunt . oſtendit . qui feriendo oculoꝝ acie oc-  
 cultum faceret eſſe qd̄ geſtū eſt . Quinquies itaq;  
 ſplendidiꝝ ſole illa lux viſa eſt . Aſtabant eiꝝ tres  
 angeli equitū more cōpoſiti . quoz effigiez flama  
 formabat . Statim tremor om̄i mēbza puaſit . Ste-  
 timus exanguis & deſpata ſalute . de ſola iā mor-  
 te ſolici . Illi autē vt erant ignei & incredibili p̄-  
 ceritate ſblimes . lateri ſe ſancti focē libenē aſſoci-  
 ant . Et habita cum eo nō pua ſabulatione diſce-  
 dunt . Petunt itaq; celū volatu . Et ecce poſt pau-  
 lulum terenciāna affricani vxor attonita . ſparſis  
 crimibus . vultu lacera to . veſte deſormi . cum filijs  
 quinq; & omni familia ad focē genua puolauit .  
 Ibi inherens pedibus . veniā tantū ſcleris implo-

rat . Hac quoq; ſe pactione conſtringens . ſi ei do-  
 nare? maric? . vt ad xpianam legem cū tota domo  
 filijsq; migraret . Nec fuit hec falſa pmiſſio . Naz  
 quidquid ſpouderat nō negauit . Huius lacrimis  
 flexus focas . om̄s clericos cōuocauit . & facta p  
 p̄fecto iugi oratione . p̄ſtitit ei remedium . a quo  
 pauloante formidarat exitium . Statim africanus  
 memor noue ſalutis & celeſtis auxiliij traianū per  
 docuit . **LXIII.**

**De ſupplicio eius & carcere .**

**I**mpator autē ſtatim focam iuſſit accede .  
 Quo introducto ait . Contemnis regi-  
 am poteſtatem . Quis te ad ſupbiam eri-  
 git deus . q̄ tu impatorem ſpernis . Videam? q̄s  
 eſt ille cui ſacrificas . Reſpondit focas . Scire tibi  
 non licet . Scriptum eſt em̄ . Nolite margaritas ve-  
 ſtras mittere ante porcos . Traianus ait . Porci er-  
 go tibi videmur vt dijs . Reſpōdit focas . Vt mā  
 vt animalia eſſetis . Dei em̄ ſup vos iudiciū nō  
 veniret . imaginem qd̄ eſt ſceleſti? humanā geritis  
 ſenſumq; porcorum . Traianus ait . Ecce ſuſpēde-  
 ris ad lignum . videam? quid tibi p̄ſit anim? iſte  
 tam p̄max . Reſpondit focas . Ego ſuſpenſus in li-  
 gno ad celeſtia regna migrabo . tu autē cū dijs tuis  
 p̄petuis tenebris inuolutus . eterna apud inferos  
 morte torqueberis . Tūc vt erat ſuſpenſus imp̄-  
 ſo vngularum impetu . p̄ om̄ia mēbza torquebatur  
 vt patentibus riuus latera ipſa dehiſcerēt . S; nul-  
 lum in hoc ſermonem aut vict? aut iratus emiſit  
 em̄ labia cōmouebat . & oratione tacita gr̄as age-  
 bat p̄rectori ſuo . ſed cum veniſſet in finem amen  
 clamabat . & e celo vox inſonuit cum ingenti mur-  
 mure ſtrepituzq; deſcendēs & ait . Alacer eſto fo-  
 cas . ego ſum tecum . Ecce patus eſt tibi in paradiso  
 locus cum om̄ib? patriarchis . & cum hijs q̄ nec  
 me nec patrem negauerūt . Traianus vero i eo quo  
 voluisti loco & in ea pena cruciabiē . Statim imp-  
 ator expauit . auferriq; eum ab eculeo iuſſit . Et q̄t  
 tuoz milites a quibus ſeruare? appoſuit . Centuri-  
 onem etiā criſpinianum nomine ad ei? cuſtodiam  
 deputauit . A quibus ſuſceptus focas . ibat letus  
 ad carcerem . domino vota p̄ſoluens . & tota no-  
 cte iuxta eius fores cuſtodes ſedere . ſed mox vt  
 medium noctis temp? emerſum eſt cepit orare .  
 Oratione completa . carceris clauſtra reſerata ſūt  
 Et inſuſo deſup lumine lampadarū . totum repen-  
 te patefactum eſt . Mille autē ampli? milites quos  
 habebat illa cuſtodia . tanta virtute p̄terniti et ad-  
 miratione deſixi . ad focē genua remedia ſalutis  
 implozant . Populi itaq; extra muros ad pelagi-  
 litus accedunt . Ibiq; ab eo & gratiā baptiſmi &  
 ſignum crucis accipiunt . Et vt mentes adhuc te-  
 neras ac rudes . nouelle credulitatis inſtabiles . ra-  
 dix firmior miraculi certiores armaret oſtendit ſe  
 omnibus dñs . & vt mortales oculi poterant cer-  
 nere . maietas celeſtis emicuit . Illi iam vilem du-  
 centes huius ſeculi vſurā . redeunt non ignari diui-  
 ne legis ad carcerem . **LXV.**

**De vltimo eius agone .**

**S**ed nocte depulſa mox vt lux orta eſt .  
 omnis ad forum multitudo cōcurrē fu-  
 turum focē certamen expectās . Cui autē  
 traianus exhibito . ſacrificā neptuno . Reſpondit  
 focas . Non ſacrificio portentis . Hanc vocem ſem-  
 per effundam . que vis exquire tormēta . xpianus  
 ſum ſepe iā dixi . Traianus iratus . crudelē offert  
 ſententiam . Nam mergi eū in caminum ardentis

calcis perprope iuber. et in illum lacu effluentis ardois precipitem pronumq; trudi metuens scilicet ne ad aliquam membrorum partem non perueniret incendiū. Et ait. Videam? quid tibi proficit ille quez metuis. Impositus itaq; flame quam pari precepit impator. cōtinuis tribus horis in igne eo durauit. Qui ita integris omnib; membris & vultu inde p ductus est. quasi non fuisset in flama. Supatus itaq; in hac passione traianus. rediuita iterum inflama tur insania dicens. Therme propter te ante triduum sūc subuste quas adhuc nemo patefecit. Ibi te iu bemus induci. Focas vero sibi signum crucis imponens quo iubebat ingrediē. Taurus autē in illis ignis fuit & cetera vis flame. ut candesceret hinc inde fornacibus ipsi etiā pietes colorem ignei turboris accipient. Ibi stans focas letus. hīs verbis vota deo reddebat. Gratias ago tibi domine qd ad hoc decus electus ad felicis martiris gloriā tuā fauore pueni. qd p cōfessione nominis tui carcerem vincula. crucem. ignemq; non timui. Et nunc dñe mitte angelum tuū & d traiani manib; eipe me ne quādo dicat gentes vbi est deus tuus. Mox ut huc toto mentis affectu deo vota psoluit. & amē in oratione spleuit. emisit spiritū. Patefactis itaq; post paululū thermis. reliquie cōposite et nlla caloris acerbitate fedate inueniuntur in thermis Corpus ipsū flatū nardi traxerat. & omne illud membrorum spaciū quo iacebat similitudo recon dierat. balnee vero gelide & glaciali quodā rigore pstricte qsi nunq; fuissent succense. Perspectis traianus sancti focae reliquijs miraculo tante noui tatis obstupuit. & referre patiēciam ei? militib; suis cepit. Stupensq; virtutem mentis & corporis eius ait. Vere non est alter deus. nisi ille qui regnat in celis. Hoc dicto ex illis balneis cū timore discedit. Cui se subito referenti pedē focas ante ianuam let? ostendit & ait ei. Traiane traiane pge ad loca vltioris abissi. & ad pparata tibi tormenta festina. vbi nocte ppetua & seuo es exurend? in cēdio. Triduo hac in luce versaberis. quo emerfo caligo te mortis excipiet. Nec em diuti? mult? in nocentiū sanguis esse potest. Tūc palaciū traianus ascendit & ex ipso miraculo febriū calore constri ctus dedit se statim lecto. & tertia die expirauit. Hac focas passione gloriofus merito i ponto habetur primus. q̄ celebrat. iiii. non. marcij.

LXVI. De plinio se cundo & eius relatione ad traianū p christianis.

**N** Eufibi? tercio libro. Am immense autez sub traiano caterue martirū quocidie iugulabant. ut plini? secundo? qui tūc punciā administrabat multitudinem intere. nptoz pnotus referret ad impatorē qd innumera hoīm milia quocidie obrū carent. in quib; nichil omnino sceleris dephende ret admissum. nec aliquid cōtrariū romanis legibus gestū. nisi qd antelucanos himnos xpo cuidā canerent deo. Adulteria vō vel cetera hmōi crimi na apud eos & illicita haberi & penit? arceri. Cetera vō scdm leges eos agere cōmunes. Tunc traianus rescripti sui auctoritate decreuit ut xpiani non quidez requirant. sed si qui tñ incidere puniant. Per qd ex pte aliqua psecutionis sedatum putabat incendiū. sed hīs qui nequitia suaz aduersū nos exercere cupiebant ledendi occasio nō videbat exempta. Interdū em popul? instigabatur. interdū etiā iudex occasionib; utebat &

negabat quesitos quos puniri voluisset oblatos. Hec turcullian? in appologetico suo dicit ex quo possunt instrui pleni? scire cupientes. Tercullianus ibidem. O sententiā necessitate ofu sam. negat inquirendos ut innocentes. & mādāt puniendos ut nocentes. Parat & seuit. dissimulat & animaduertit. Quid timet. ipsā censura circumuenis. Si damnas. cur nō & inquis. Si non inquis. cur nō absoluis. LXVII.

De libris eiusdē plinij. Actor.

**T** Sic anno traiani. xiiii. plini? secundo? nocomens orator & hystoric? insignis habitus est scdm cronicas. cui? plurima ingenij extant opera. Hic scripsit d hystoria naturali libros. xxxvii. quos vespasiano cū epistola pmissa direxit. De quo ingenti eius volumine excerpta in speculo naturali locis agruis inserui. eiusdem epistolas ad diuersos cū ceter centum reperi. Tranquillus in catha logo virozum illustrū. Plinius secundo? equestri bus militijs industrie funct? pcuraciones quoq; splendidissimas & vrinuas integre administrauit. Et tamen liberalibus studijs tantam opam dedit ut non temere quis in ocio plura scripserit. Itaq; bella oia que vnq; cū romanis gesta sunt. xxxvii. voluminib; comprehendit. Item naturalis hystorie xxxvii. libros absoluit. Perijt at gades campanie Cum em missenensi classū pesser. & flagrāte vesubio ad explorādas ppus causas liburnicas pten dissec nec aduersantib; ventis remeare posset. vi pulueris ac fauille oppressus est. vel ut quidā estimant a seruo suo occisus. quē estu deficiēs ut necem sibi maturaret ozauerat. Actor. De hui? epistolis hos paucos flozes excerpti.

Plinius ad iuniū. Hocipsuz amātis est. amātū nō onerare laudibus.

**M** ad corneliuz zicianū Prauū ac malignum est hoīem nō admirari. admiracione dignissimum. Adem ad corneliū taticū. Inuentioni sue quisq; fauet. & quasi fortissimi cōplectit. cum ab alio dictum est qd ipse puidit. Est gratior multis actio breuis. Adem ad catullū. Animi magnitudo nichil ad ostentacionem. oia vero ad pscientiā referre rectiq; facti mercedem nō ex populi sermone sed ex facto petit.

Adem ad voconium. Libro quē mihi tibi ad vota que putaueris corrigenda.

**S**ic enim magis credā cetera tibi placere. si quedā cognouero displicuisse. Adem ad vrsū. Sicut faces igne. m assidua ocullione custodiunt. dimissū egerime reparant. sic dicentis calor & audientis incētio cōtinuatione seruat. Intercapedine vō & qsi remissione languescit. Adem ad arrianum. Necessē est ut laudis sue spacio & curiu & pegrinatione quisq; letetur. Etenim nescio quo pacto vel magis homines iuuat gloria lata q̄ magna.

Adem ad fundanū. Votis suis auid? plerū qz pcurrit. & rerum quas assequi cupias p̄suptio ipsa iocunda est.

Adem ad vanum maximū. Dum vita suppetit enitatur. ut mors q̄ paucissima que abolere possit inueniat. LXVIII.

De seditione iudeoz & fine traiani imperatoris

**A** Eusebius in cronica Anno traiani. xvii. terremot? i antiochia pene totā subruit ciuitatem. Iudei quoq; qui in libia erāt. aduersum cohabitatores suos alienigenas dimicāt. Similiter in egipto et in alexandria. Apud cirenen quoq; et theba idam magna seditione p̄tendunt. Verū gentiliuz

pars superat in alexandria. Iudeis mesopotamie  
 rebellantibus precepit traianus impator lise quieto  
 ut eos de pumicia exterminaret. Aduersum quos  
 quietus aciem instruens infinita milia eorum interfecit.  
 Et ob hoc procurator iudee ab impatore decernit.  
 Tandem traianus apud seleuciam urbem isaurie p  
 fluuio ventris extinctus est. anno etatis. lxxiii. Im  
 perij vero. xix. ossa eius in urna aurea collecta et  
 in foro sub caluina posita sunt. Helmandus hic  
 solus omnium impatorum intra urbem sepultus est post  
 iulium cesarem. quem senatus in deos anno sequente  
 retulit. hac de causa. quia gloriā militarem qua ple  
 nus extiterat. moderatōe superauerat. rome & per  
 pumicias omnibus se equalē exhibens. amicos salu  
 tandi gratia frequentas. vel egrotantes festis die  
 bus cum eisdem indiscreta vicissim habens conuiuia  
 vehiculis eorum & vestibus indifferentē vtens. Publi  
 ce & privatim dicās omnes immunitates ciuitatibus. Lar  
 giens tributa pumicijs. Carus omnibus. nulli grauis  
 adeo ut vsq; ad nostrā etatē in senatu nō alie ex  
 clamefē felicitatis augusto. et melior traiano. Sta  
 tua eius in foro traiani in hoc habitu posita est. rep  
 sentans quō in expeditione positus. viduā libera  
 uit. Quod beatū gregoriū postea mouit ad cōpassi  
 onem. Vnde & p eo tū plorasse dicit. ut animas  
 eius ab inferno obtinuerit liberari. Eutropius.  
 Inter alia dicta vlpij crimiti traiani hoc ipsi ferē  
 egregiū. Amicis enim eū culpantibus quod nimium omni  
 bus esset cōmunis. respondit se talē impatorē pri  
 uatis quales esse impatores priuatis operasset.

**LXIX.** De imperio adriani et  
 studio ac moribus eius. Hugo libro tercio.  
**T**ertius elius adrianus sobrius traiani filius. xii. ab au  
 gusto principatū adeptus est. Anno ab incarnatōe  
 dñi. cxix. scilicet ab initio mundi quartimillesimo  
 & lxxii. & impauit annis. xxi. Hic fuit litens gre  
 cis impensius eruditus & nō sermone tū pitus. sed  
 ceteris disciplinis canēdi medendiq; scientia pol  
 lens. Sic enim referebat carmē carmini. dictum di  
 ctui. ut presus ad omnia diceres meditatū. Heli  
 nandus. xi. libro. Elius adrianus cū rome prefecturā  
 splendidius ageret. ex senatore impator creatus est.  
 Qui obsecrante senatu ut filiū quē habebat cesarē  
 augustū appellaret. sufficere inquit debet quod ego im  
 uitus regnauerim cū nō mereret. Principatus enim  
 sanguini nō debet sed meritis. Et mutiliter regnat  
 quod rex nascit & nō meret. & pculdubio pentis affe  
 ctus exiit. qui puulos suos importabili supiecta  
 mole extinguit. hoc equidē est suffocare liberos nō  
 pmouere. Alendi plus sūt & in virtutibus exercē  
 di. & cum in eo phicerint ut pbent illos virtuti  
 bus antecedere. quos debent honoribus antere  
 inuitati ascendat. & se ciuū suorum votis nō sbera  
 bant. Eusebius in cronicis. Hic adrianus ytalice  
 in hispania natus. cōsobrine traiani filius. alexandriā  
 a romanis subuersā publicis instaurauit expensis.  
 Ipse vero traiani inuidens glorie. de assiria. meso  
 potamia. armenia. quas ille pumicias fecerat suo  
 cauit exercit. Ides eruditissimus in vtraq; lingua  
 sed in puerorum amore parum primens. reliqua tribu  
 torum vrbibus relaxauit. cartis publice incensis.  
 plurimos etiā ipis tributis liberos pstitit. ipse eti  
 am iudeos cepit. secundo contra romanos rebellantes.

**LXX.** De secundo philoso  
 pho & eius primaci silentio. Ex gestis eius.  
**A**mpozibus adriani floruit secundo philo  
 sophus quod philosophatus est. omni tempe

silentiū suans & pythagoricā vitam ducens. Hic  
 enim adhuc puulus ad discendū missus audiuit in  
 scolis verbū hmoi quod omnis mulier fornicatrix eēt  
 & impudica. Tandē in phia pfectus remauit in  
 patriā suā cōmunem gerens pegrinationis cōiue  
 tudinē baculū & peram circūferens. coma capitis.  
 & barba plixa. Hospitatus est autē in domo ppria  
 nemine domesticoz eū cognoscere neq; ppria ma  
 tre. volensq; pbare de mulieribus si verū esset quod  
 audierat vocauit vnā d ancillis pmittens ei. x. au  
 reos si psuaderet matri. At illa cōsentiens ancille.  
 respere fecit eū ad se introduci. Cūq; illa estima  
 ret se cum illo carnaliter debere cōmisceri. ille ve  
 lut ppriam matrē amplectens. inter vbera illius  
 dormiuit vsq; mane. Mane autē euz vellet egredi  
 & discedere. Illa apphensens eū ait. Vt me tem  
 ptares hoc fecisti. Qui dixit. Nequaquā domina  
 mater. Neq; enim dignum est me illud vas macula  
 re vnde exiui. Illa autē sciscitate quis esset. Respo  
 dit. Ego sum scds filius tuus. Illa autē recogitās in  
 semetipsa & non ferēs confusione exanimata est.  
 Secundus vō sciens quod p loqam suā mors matri  
 cōtigi set. Hanc a se in posterū exegit penam. ne  
 amplius loqretur. & sic vsq; ad mortē taciturni  
 tatem consuaui. Circa vō idē tempus adrianus  
 impator veniens athenas audiuit d illo. eumq; ad  
 se venire faciens primus eū salutauit. Ille autē ta  
 cuit. Tunc adrianus ait. Loqre pbe ut a te aliquid  
 addiscam. Illo autē in pposito silentij pauerante  
 tirpon vocans quendā spiculatorē ait. Hunc no  
 lentem loqui impatori viuere nolunt. Aboue eū  
 & corq; adrianus deniq; spiculatorē latēter euo  
 cans ait. Loqre ei in via & psuade ei ut loquatur.  
 Et siquidem psuasus respondeat decolla eum. Si  
 vō non respondeat reduc eum ad me. Ducebatur  
 autē secundo a spiculatore ad locum tormetorum.  
 Qui dixit o secunde quare tacēs morieris. Loqre  
 & viues. Sed ille vitam suā ppendēs mortē ta  
 citus expectabat. Spiculator itaq; ducēs eum ad  
 locum destinatū ait illi. Extende ceruicē. & susci  
 pe in ea gladiū. Ille extendēs ceruicē silentio vitā  
 postposuit. Apphensens igit eū venit ad adria  
 num dicens secundum vsq; ad mortem taeuisse.

**LXXI.** De hijs que ad inter  
 rogata scripto respondit.  
**V**nc adrianus admiratus philosophi cō  
 tinentiam. dixit ei. Quia lex ista silentij  
 quā tibi ipse pposuisti. nullo modo solui  
 potest. sumēs tabulam istam scribe & saltem ma  
 nu tua loqre. Accipiēs secundus tabulaz scripsit  
 in hunc modum. Ego quidē o adriane nichil te ti  
 meo quia princeps huius temporis videris existē.  
 Me quidē occidere potes s; vocis mee pferende  
 nulla tibi potestas est. Adrianus itaq; legēs ait.  
 Bene excusat es. sed adhuc quedā tibi pblema  
 ta ppono ut ad hē michi respondeas. Quoz pri  
 mum est. Quid est mundus. Ille rescripsit. Mundus  
 est ineffabilis circūitus. spectabilis supplex. ml  
 tiformis formatio. eternus tenor. circūitus sine er  
 rore. Quid est oceanus. Mundi amplexus terminis  
 coartatus. hospicuz fluior. fons imbrū. Quid  
 est deus. Imortalis mens. incōtemplabilis celsi  
 tudo. forma multiformis. incogitabilis inquisitio  
 infopitus oculis omnia primens. lux bonoz. Quid  
 est sol. Celi oculis. caloriz circūitus. splendor sine  
 occasu. diei ornatus. horarū distributor. Quid est  
 luna. Celi purpura. solis emula. malefactorum



inimica. solamē iter agentū. directio nauigantiū  
 signum solennitātū. larga rosis. p̄lagium tempe  
 statum. Quid est terra. Basis celi. meditullū mū  
 di. fructuū custos & mater. operculū inferni. ma  
 ter nascentiū. nuerix uiuentiū. duozatrix omniū  
 cellariū vite. Quid est homo. Mens incarnata fā  
 talina t̄pis. speculatoz vite. mancipiū mortis. trā  
 siens viator. loci hospes. aīa laboriosa. parui t̄pis  
 habitaculū. Quid est pulcritudo. Flos marcius  
 carnalis felicitas. humana cōcupiscentia. Quid  
 est mulier. Hoīs cōfusio. insaturabilis bestia. d̄tīua  
 sollicitudo. indefinens pugna. viri p̄mentis nau  
 fragiū. humanū mancipiū. Quid est amicū. Desi  
 derabile nomē. homo vix appens. infelicitatis re  
 fugiū. indefinēs felicitas. Quid diuitie. Auri pō  
 dus. curaz minister. delectatio inuocūda. in satia  
 bilis inuicia. desiderū inexplēbile. os excelsū. in  
 uisa cōcupiscentia. Quid est paupes. Odibile bo  
 num. sanitatis mater. curaz remotio. sapiētē rep  
 tix. negotiū sine damno. possessio absqz calūnia.  
 sine sollicitudine felicitas. Quid senectū. Oportatū  
 malum. mezs uiuentiū. incolumis languoz. spirās  
 mozs. Quid somnū. Moztis imago. laborz quies.  
 infirmantiū vorū. miseroz desiderū. Quid est vi  
 ta. Bonoz leticia. miseroz mesticia. expectatio  
 moztis. Quid est moztis. Eternū somnū. diuitiū pa  
 uoz. paupum desiderū. inuicibilis euentū. latro  
 hominis. fuga vice. resolutio oīm. Quid est v̄bz  
 Proditor animi. Quid est corpus. Domiciliū aīe  
 Quid est barba. Sexū discretio. Quid est cerebz  
 Custos memorie. Quid est frenū. Imago animi.  
 Quid oculi. Duces corpis. vasa luminis. iudices  
 animi. Quid est cor. Receptaculū vite. Quid est  
 iecur. Custodia caloris. Quid fel. Suscitatio ira  
 cūdie. Quid splen. Risus & leticie capax. Quid ē  
 stomachus. Ciboz cocus. Quid ossa. Robur cor  
 poris. Quid pedes. Mobile fūdamētū. Quid ē  
 ventū. Aeris p̄urbatio. mobilitas aquaz. siccitas  
 terre. Quid sūt flumīa. Cursū in deficiēs. r̄fectio  
 solis. irrigatio terre. Quid amicitia. Eqlitas ani  
 mozū. Quid fides. Ignē rei mirāda certitudo.  
 Quid est qd̄ hoīem lassū fieri nō finit. Lucrum.  
 LXXII.

De scriptis qua  
 drati & aristidis p̄ cristianis. Hieronimū de  
 illustribus viris.  
**E**o tpe quadratū apostolorū discipulū pu  
 blio athenaz ep̄o ob xp̄i martiriū coro  
 nato in locū eiū s̄stituit. & ecclesiā gran  
 di terroze dispersā. fide & industria sua cōgrega  
 bat. Cūqz adianū athenis exegissz hiemē. inuisēs  
 eleuā. & in omibz pene grecie sacris iniciatus  
 dedit occasiōē hys q̄ xp̄ianos oderāt absqz p̄ce  
 pto impatoris vexate credētes. Tunc quadratū  
 potēte ei libzū p̄ nostra religione cōpositū valdē  
 vtilem. plenūqz rationis & fidei. & aplica doctri  
 na dignū. In quo & antiquitatem sue etatis ostē  
 dens ait. plurimos a se visos q̄ sub dño varijs in  
 iudea opp̄ssi calamitatibz fuerāt. Et q̄ a moztuis  
 resurrexerant. Aristides quoqz atheniēsis p̄bus  
 eloquētissimū. & s̄b p̄stimo habitu discipulū xp̄i  
 volumen nostri dogmatis ratōem p̄mens. eodez  
 tpe quo & quadratū adiano p̄ncipi dederit. id ē.  
 apologeticū p̄ xp̄ianis. Qd̄ vsqz hodie p̄seuerās  
 apd̄ phisologos ingenij eiū in dicitū est. Hugo  
 vbi supra. Tunc ergo p̄cepit adianū p̄ epistolaz  
 ad minucium fundanū p̄consulem asie datā. vt ne  
 mimi liceret xp̄ianū sine obiectu criminis ac p̄batōe

damnare. **E**usebiū in quarto libro. Hoc ē autē  
 exemplū epistole impatoris adiani ad minucium  
 fundanū p̄consulem asie. Accepi lras ad me scri  
 ptas a p̄decessoē tuo serenio graniano clarissimo  
 viro & nō placeat michi relatōem silentio p̄terire  
 ne vt innoxij p̄turbent. & calumniatoribz latroci  
 nandi tribuāt occasio. Itaqz si euidentē p̄uincialē  
 huic petitioni sue adesse volunt adūsum xp̄ianos  
 vt p̄ tribunali eos ī aliquo arguāt. hoc eis exequi  
 nō prohibeo. Precibus autē & in hoc solū & accla  
 mationibz vt eis nō p̄mitto. Etenim multo equius  
 est si q̄s volet accusare te cognoscere de obiectis  
 Si quis igit̄ accusat & probat aduersū leges quid  
 q̄ agere memoratos hoīes pro merito peccatoz  
 etiā supplicia statues. Illud magnope curabis ut si  
 quis calumnie gratia quenqz hoz postulauit reū.  
 in hunc pro sui nequitia supplicijs seuerioribus  
 vindices. LXXIII. De passio  
 ne sanctorū quirini & hermetis. **E**x gestis  
 alexandri pape.

**A**lexander. vii. post beatū petrū cum ef  
 set annoz. xxx. & iā. viii. annis sedisset  
 iussu aureliani comitis s̄b adiano impa  
 toze missus ē in carcerē. Et hermes p̄fectū vrbis  
 qui p̄ eū crediderat. Cūqz hermes esset ī vincul  
 apud quirinūz tribunūz. dicit ei tribunū. Miror te  
 prudentē virū honozē p̄fecture dimittere & aliā  
 vitam credere. Hermes dixit. Et ego ante hos an  
 nos omīa deridebā. & hanc vitā solaz esse putabā  
 Respondit quirinū. Fac ergo me probare qd̄ cre  
 dis & credā. Hermes dixit. Sanctū alexāder qui  
 habet ī vinculis hic me docuit. Audiens hoc qui  
 rinus cepit maledicere alexandro dicens. Ego tibi  
 dixi fac me probare & tu michi noīasti hoīez quē  
 ego teneo pro sceleribz suis in vinculis alligatū.  
 sed tū si vez dicit vadā ad eum & dicā illi. Si vis  
 vt p̄ te credā. fac vt te cū hēmete iueniā. an hēme  
 tem tecū. Hermes dixit. Fiat. Abijt ergo quirinū  
 et triplicauit sup alexandz custodes et claustra  
 & dixit ei cur hoc facēt. Ozare ergo s̄o alexandro  
 venit angelū & duxit eum ad hermetē in carcerē.  
 Et inueniēs eos quirinū miratū est. Et cum her  
 mes narrauit quirino quomō alexāder filiū suum  
 moztuūz suscitasset. & ancillā eiū cecā illuminassz  
 dixit ei quirinū se habere filiā cecā & gutturno  
 sam. & p̄misit se credere si illa p̄ eos recipet sa  
 nitati m. Dixit ei alexander. Vade & duc eaz ad  
 carcerē. & boīam meā pono sup colluz eiū & ma  
 ne inuenies eā sanā. Respondit quirinū. Cū tu  
 sis hic quomō te inueniā in carcere. Sanctū alex  
 ander respondit. Vade cito. qz q̄ me huc adduxit  
 cito me illuc reducet. Pergēs ergo quirinū duxit  
 filiā suaz ad carcerē. et inueniens euz vbi prostra  
 tus veniam postulabat. Tunc dixit ei alexāder vt  
 adduceret ad se euenciūz p̄sbitez et theodolum  
 dyaconūz pro xp̄o ī eodem carcere alligatos. qui  
 anteq̄ rediret inuenit filiā suā sanā. Et baptizac  
 est euz filia sua et multis alijs. Audiens hec aure  
 lianus interrogauit quirinūz cur se relinquere se  
 quens alexandz. Qui respondit xp̄ianus suz. qd̄  
 quid vis fac. qz aliū non ero. Tunc aurelianū ius  
 sit vt ei lingua abscederē et in eculo torquerē  
 Qui tū adhuc loquens et aurelianūz p̄uocans.  
 iussus est manē et pedes abscedi. et decollatū ca  
 nibus proijci. Filia vō eiū ballina ī virginitate p̄  
 mansit. Cui sepius osculāci boīam p̄ quā sanata fu  
 erat dixit s̄ctū alexāder. Noli boīā meā osculari.

sed magis osculare vincula sancti petri. Qd cum diu fecisset. tradidit ea theodore sorori sancti hermetis. cuius ab aureliano decollati corpore ipsa theodora sepeliuit.

LXXIII.

**P**assio sanctorum alexandri pape euentij et theodoli  
**Q**uoniam ergo sanctus alexander multa miracula fecisset. & tentus nullomodo mutari posset. prius totus in eculo. deinde in furno triduo accensus missus. ille in eo permansit. Et cum ibi deum laudaret. aurelianus dixit. Audiamus quod miser ille in incendio fabuletur. Cumque se applicaret. facies eius semivista est. et media pars clamidis eius exarsit. Multi vero ex militibus inflammati mortui sunt. Tunc aurelianus iussit eum extrahi. & in alium furnum ardentissimum mitti. Qd cum fieret predicatus theodolus stans in populo cepit flere. & aurelianus in iniusto iudicio increpare. Qd audiens aurelianus. iussit eum in eundem furnum iactari. Exclamans autem theodolus dixit. Sancte alexander adiuua me quia peccator sum & igne ferre non possum. Sanctus alexander dixit. Noli timere. sta. et viriliter age. Et cum orationem vocauit eum dicens. Veni huc ad refrigerium. quia mecum est ille qui in babilone tres pueros liberauit. Et statim theodolus in furno exiit. & ceperunt siluam laudare deum. Audiens aurelianus theodolum cum alexandro loquentem. iratus nimis iussit eos in clibanum ardentem iactari. Tunc ait alexander ad theodolum. Quid eligis. an sanus euadere. an mecum ad deum pergere. Cui ait theodolus. Ego iam te non deseram. quia licet in principio grauiter sim cruciatus. tamen ex quo pro me orasti nec dolore sentio nec ardore. Tunc dixit alexander ministris. Cessate a labore. quia antequam uos ignes supponatis. ambo propter amorem dei sumus. Et orationes simul spiritum emiserunt. Cum hoc audisset aurelianus & progeret insultare defunctis. subito uirga ferrea ignita ante pedes eius appuit & vox audita est ab omnibus dicens. Aureliane accipe brauium meritorum tuorum cum quo in inferno te scias esse mittendum. At ille magicis artibus hoc impetrans. iussit adduci euencium. & in furnum prius in medio factorum. Sed antequam ignis poneretur. orationes emisit spiritum. Cumque & huic aurelianus insultaret. venit vox dicens illi. Aureliane istis quibus insultas celi apertus sunt. ut illuc ascendat. tibi autem tartarus apertus est ut illuc descendas. Ad hoc expaui aurelianus. & tunc eum tremor & pavor arripuit. ut suorum manibus ad palatium portaret. Que seuerina uxor eius excipiens & ei nequitiam suam impetans. prexit ad factos & eos honorifice sepeliuit. Et ad eum rediens. inuenit eum in doloribus nimis lingua sua masticantem. & prope expirantem. **Ex libro pontificum.** Alexander hunc natione romanus seoit annis. x. Hic passionem domini miscuit in precatione sacerdotum quoniam misse celebrant. Itaque ostiuit aquam spersionis cum sale benedicto in habitaculis hominum. martirio coronatus est. & sepultus via numantina ubi decollatus est. v. nonas maii.

LXXV.

**P**assio sancti christi pape & pegrini antihodorenensis.  
**H**ic successit christus natione romanus qui seoit annis. x. Hic ostiuit ut misteria facta non tangerent nisi a ministris. Ideo etiam ostiuit ut quicumque propter euocatus esset ad sedem aplicam rediens ad prochiam suam non suscipere. nisi si eius literis sedis aplicae plebis salutacioni conformatis. Fuit autem episcopus adriani & martirio coronatus. Sepultusque est iuxta corpus beati petri in natiuano. iii. non. aprilis. **Ex gestis sancti peregrini**

Huius autem christi temporibus duos seueritate ubique christianorum persecutione paucissimi inuenirentur qui se dicerent esse christianos. nunciatus est eidem sancto. scilicet christo pape a fidelibus christianis poscetur ut ad gallias talem uirum dirigeret. qui iam extincta lucerna fidei illuminaret & infideles predicando uerteret. Tunc sanctus christus beatum peregrinum presbiterum cuiusque romanum ordinem uicem episcopi marsi presbiterum & corcodonium diaconum & iouinianum sboyaconum et iouinianum lectorem ordinem ad gallias cum eo causa predicandi direxit. Qui marsi uenientes. lugdunum usque perducti celare se noluerunt. potuerunt uenerunt itaque ad autricum quoniam nunc antihodorum dicitur. in qua tamen urbe quidam locus adhuc mons autricus appellatur. & inuenerunt gentes deorum suorum excubias obseruantes. Interrogati qui & unde essent. responderunt christianos se esse & ob eorum salutem causa predicandi uenisse. Tunc sanctus peregrinus ibi ostanter predicans primos loci illi ad christum conuertit. & ibidem quam ecclesiam consecrauit. Crescente itaque numero fidelium & ad baptismum quotidie confluente. audiens beatus peregrinus ciuitatem interanum quam tunc ciuitas erat. sed modo castelli nomen recipit. culture deorum dedita. prexit illuc. Et paganis festiuitatibus medium se ingerens cepit christum publice predicare. Unde populus excitatus de eo querens fecit eum iudici presentari. Cuius iudex natiuitatem nomen & officium interrogans. cum ad deos inclinari non posset. iussit eum in uico bangiaco qui uulgo boi dicitur in carcere obscurissimum uinctum mitti. et diuersis supplicijs attraheretur. Ipse uero christus semper predicans multos in uia conuertit. Diu ergo ibi detentus adriani cesaris presentie seruabatur. Cesar igitur cum uenisset et rei ordinem a narratibus didicisset educto de carcere beatus peregrinus ut idolatras. diuitias et honores promisit. Sed cum ille uerumque eorum decernere exeratone respiceret grauis sumis supplicijs afflicto circa annus domini. c. xxx. iustus est decollari. Cum ergo ita seris expositus remansisset ipsa nocte. appuit angelus domini eum ad rusticum christiano eiusdem uille dicens. Surge et iunctis curriculo duobus quos habes beatus accipe corpus serui mei peregrini quod illic iacet. et apud antihodorum unde episcopus fuit defer. Cumque ille uiam se nescire dixisset. Vade inquit et ego conducam te. Sic fecit. et sic nutu dei a media nocte usque ad auroram ambulauit. quod summo mane iter agentibus cubians querebat si bene antihodorum tenderet. Et illi mirantes responderunt. quod antihodorum relinquens iam ad factum dionisium prope pisius peruenisset. Ad hoc ille reuoluitur admirans processit diuinitatem expectans uoluntatem. Eadem hora uox in demitorio monachorum sancti dionisii insonuit dicens. Surgite et occurrite seruo meo peregrino antihodorensi episcopo qui uenit. Et statim sponte crepantibus signis ecclesie monachi excitati occurrentes sancto peregrino. eum solenniter exceperunt. Et audito rei euentu. ipsi in capsula argentea posuerunt.

LXXVI.

**P**assio sancti taurini sub licinio preside.  
**Q**uoniam autem beatus thaurinus ebraiceus episcopus diocesis omnes circuiret. et idola destruens ecclesias christi condecoraret. antiquus hostis inuidus bonitatis. suscitauit quendam prefectum licinium nomine aduersum illum. Interea erant duo magi cambises et saraa qui fuerant sacerdotes templi diane qui conuenerunt. xx. diuinitates suas ut eum interficerent. Quos cernens uir dei a longe

27  
cognouit nequitia eorum. Porrexitq; illis signu  
crucis. et illi steterunt ilico fixi. Et ait ad illos.  
Quid statis. Facite qd iussu est vobis. Simute.  
abite si vultis. Vt aut cognouerut se solutos ceci  
perunt ad pedes ei. impcantes baptismu osequi  
imortalē. Qui statim cathexizauit eos. Videtes  
aut magi sua signa deludi. pprijs se intereme  
culeris. Audiens aut licini? beati viri famā gisai:  
eo villa sibi p̄sentari eū fecit. Qui cū traheret. ob  
uium habuit vnuz paliticū. forozēq; ei? cecam sur  
dam & mutā. Accepitq; aqua & benedixit ac sup  
fudit illos. qui mox adepti sūt sanitatē. Carnifi  
ces aut qui eū traherēt crediderūt in dño. Mox  
aut vt vidit eum licini? ait. Vnde es inueterata  
canices. Respōdit beatus thaurin? Patre sum ro  
man? matre v̄ro grec?. Genitor me? tarquim?  
mater mea euticia vocabat. Licini? dixit. Quātū  
ep̄is est ex quo fugisti patre tuū. Meus etem auus  
fuit. Thaurin? respōdit. Non fugi. sed dño meo  
biefu xpo ducente huc adueni. a natiuitate thaur  
rinus. fide tñ christianus. Licini? dixit ppter hanc  
demeritā ante. vi. annos occidi iussi matre tuam.  
Sanct? thaurin? audiens matre suā coronatam  
esse martirio ait. Gracias ago tibi dñe qui matre  
meā ante me suscipe voluisti. Audiens itaq; suaz  
irriteri licini? insaniā. iussit eū nudū virgīs cedi.  
Cunq; pcuteret ait. Dñe respice in me & miserere  
mei iam senis. Et facta est vox ad eū dicens. No  
li timere famule meus. qz tecum sū. Statim at aru  
erunt man? carnificū. Leonilla v̄o vxor licini? di  
xit. monita a sp̄sancto. adhuc tñ pagana. Nōne  
antea dñe me? dixisti qz pater isti? senis fuit au?  
tuus. Cur tā ferreum habes pect? vt cōsobrimuz  
tuum iubeas tā pessime flagellari. Ille v̄o ira accē  
sus dixit ad eam. Et tu maga effecta es. Per salu  
tem deoz quia easdē penas sustinebis. Cum ergo  
traheretur dixit. Serue dei adiuua me si potes. &  
ego credaz in deū tuū. Sanct? thaurin? dixit. No  
li timere nichil mali sustinebis. LXXVII.

Qualiter idem sanct? filiū illius suscitauit.

**Q**um hec agerent. nunciū venit dicens  
mortuū esse filiū ei? & vnum armigerū  
eius. Venatōem em̄ exercentes circa ca  
stellū alerci. veloci cursu p̄cipitati interierāt. Qd  
audiens licini? om̄sq; exercitus ei? nimia astris  
ctus angustia iussit laxari vxorē. Que venies ce  
didit ad pedes licini? dicens. Precor dñe vt creda  
mus deū thaurini? & renouiscat fili? noster. Et lici  
nius iussit eū sibi p̄sentari dicens ad illū. Canicel  
veteranosa. potes michi p tuas artes magicas re  
suscitare filium meū. Audierat em̄ vnū mortuum  
iam ab eo resuscitatu. Thaurin? dixit. Deus me?  
dixit. Om̄ia possibilis sūt credenti. Tu ergo tñ si  
dem habe. et mox recipies filiū tuū. Vbi v̄o in fi  
de verbis est cōfirmat? beatus thaurin? duxit oēs  
ad ciuitatē. Et intrātes ecclesiā s̄acte dei genitri  
cis. p̄strauerunt se ad oratōez. Deinde surgentes  
venerunt ad corpa defunctorū. Eleuās aut s̄actus  
ad celum oculos orauit. & puez a morte reuoca  
uit. Qui quasi a somno surgens a facie sua sangui  
nem excussit. Et p̄cidents ad pedes ei? petijt si  
bi dari baptismū vt sibi ab angelo fuerat impatuz  
Surgens aut a fonte. ait ad patrē. Heu pater ne  
scis qz miserā vitā ducim? quātāq; p hac nostri  
similes sustinent penas. et q̄ta gloria est hijs qui  
diligunt & fuiunt illi deo. quē colit vir iste cōso  
brimus noster. Vidi eū inter angeloz choros esse

& p nobis deprecari. Cunq; hec & alia hijs similia  
de vita eterna p̄dicaret. licini? & vxor ei? om̄sq;  
optimates p̄cidentes ad pedes ei? postulauerūt  
sibi dari sacz baptismatis donū. Et baptizati sunt  
in illa die mille. cc. viri. Marimus aut p̄strauit se  
ad pedes eius & dixit. Vir dei altissimi resuscita  
armigerū meū. ne remaneat in penis in quib? reli  
qui eum. Qd cū fecisset vir sanct?. paschasi? sur  
gens ait ad eum. Magnas sustinebā penas vir s̄a  
cte quādo nunq? venit ab altissimo deferēs i mā  
datis me ad te reduci. Et ait ad seniore suū mari  
num. In die. viii. cū albas deposueris mādāt tibi  
ille q me huc adduxit vt redeas ad illuz. Qui mox  
leui febre corripit. & secunduz mandatu. viii. die  
mortuus est. LXXVIII.

Qualiter eidem sancto reuelat? est obitus pprius.

**I**nterea dum hec agerent & oīs plebs esset ouās  
zabulus inimic? veritatis itez vastissimā orienta  
lem cōtra gallos cōcitauit hostē. Cuz v̄o certi? cō  
perunt galli se casuros nec vllō modo quiuissent  
resistere. om̄s vnanimis ad viri dei confugerunt  
auxilium. Vir autē domini triduanū ilico mox  
ieiunium. quo pacto dixit ad eum angelus domi.  
Gracias age creatori tuo. qz animas tñmodo im  
petraisti. Locus vero iste destrus erit p longū tps  
sed iterum i meli? iſtaurabit. Tu v̄o octauo die  
recipies coronā a dño laboris tui. Mane aut facto  
cōuocato in ecclesia populo. anūciauit illis quid  
sibi ostendere dñs dignatus esset. Audiens autez  
populus valde p̄teritus est. s̄ vir dei blāde p̄so  
latus est eos. Nolite inquit diffidē. p̄perate romā  
& nunciate b̄o x̄sto pape diem exitus mei si ad  
huc nō fuerit martirio coronat?. Ego autē deopa  
tus filius eius iā ediderā vnum libellū de sanctis  
& bonis opibus eius & s̄ libris quos exposuerat  
Longum aut est narrare quomō matre suam ibid  
sepeliuit honorifice. quomō etiā licinius simul cū  
vxore sua p nomine xp̄i glorie coronā sūt adepti  
& quomō accepta benedictione x̄sti apl̄ici reme  
auit ad ppria. Que om̄ia in libello supius memo  
rato inueniunt. LXXIX.

De p̄phetia eius & exitu & exequijs.

**A**ut aduenit dies dominica. affuit om̄is  
p̄pls in ecclesia secundū cōsuetudinem.  
Vir autē domini post expleta missaz so  
lennia ait ad om̄ē populuz. Fratres q̄nta die oēs  
huc cōgregamini. Prima igitē luce quinta feria af  
fuimus in ecclesia om̄s. Interea exortus est luct?  
intolerabilis s̄ discessu patris. Ipe vero inchoato  
officio & ex more pacto. cōsolatus est vehementer  
populum & p̄dixit eis multa v̄tura que postea  
p̄bauimus. Et post multa p̄dicatōnis verba resi  
dens in sede ep̄ali benedixit nobis dicens. Abite  
filioli mei in pace. Dñs aut erit vobiscum. Nos p  
sp̄cipientes ad eum vidimus sb̄ito circa altare inu  
merabilez multitudinē hoīm candidatoz. Et audi  
ta est vox dicentium ab om̄ibus nob. Veni nobi  
scum sancte dei thaurine qui multas p dei amoē  
sustinuisti passiones & intra in gaudium domini  
tui. Mox it vt facta est vox nebula impleuit do  
mum tā densa. ut nullus ibidez potuisset compem  
suum asp̄cere. Trāfacto vero q̄li vnus hore spa  
cio recessit odorifera nebula. & appuit sedens in  
sede ep̄ali quasi orās extensas man? oculosq; ver  
sos habens in celum. Facta autem q̄stione in po  
pulo quo in loco sepeliere? ne ab hostibus potuis  
set inueniri. deprecari sunt dominum vt dignaretur

eis ostendere quid facerent s̄ sanctissimi viri corpore. Moxq; apparuit eis vir honorabilis vultu candidus velut nix dicens ad illos. Fratres. sumite corpus patris vestri. & me p̄euntem sequamini. Cōfidentes ergo de visione nichil hesitantes sumptimus corpus & exiim⁹ p̄ portā occidentalem sequentes viz vsq; ad terciā p̄tem miliaris eius de⁹ occidentis. & ibidē vir ille ilico s̄stitit & ait. Deponite corpus fratres. Deinde facta fossa posuim⁹ maseolum & intus corpus sanctū. Factusq; est fletus & luctus quasi p̄tingens vsq; ad celū. Tunc erexit se quasi viuus de fossa & ait ad nos. Filii mei q̄o hic facitis. Nolite timere. Istum viz audite. & inclinato capite siluit. Nobis autē aspicientibus ad viz qui nobiscū stabat q̄o vellet dicē ait. Fratres vos timetis patrē vestrū a vobis auferri ab hostib⁹. Nō autē erit hoc. Ego nāq; fui custos illi⁹ in vita. erog; custos illi⁹ in morte. & ei⁹ memoria multa erit in seculo. Nūc autē ciuitas quidā ista subuertet. sed nullus vestrū p̄ibit. Et postq; omnia s̄sumauim⁹ sepulture ornāmeta. ait ad nos vir ille vt credim⁹ angelus ei⁹. Recedite velocitē ne inuoluamini ab hostib⁹. Per longa autē tpa incognitus erit iste loc⁹. postea nusq; cōparuit. Nos itaq; accepta b̄ndictione angelica timore gētium iam appinquantū aufugim⁹. Et ego deodat⁹ filiolus ei⁹ breuiter ista p̄curri. mediolanis cōsistens febre detentus. Hui⁹ natale celebrauit. iiii. idus augusti. **LXXX.** **De passiōe sancte serapie virginis.** **Ex gestis eius.**

**S** Vb adriano passa est rome beata virgo serapia antiochena genere. iudice bellillo. Cum em̄ i domo sabine p̄clarissime femine i vrbe cōmaneret. rapta ab officiali p̄sidis exhibita est in aspectu ei⁹. Qui dixit ei. Sacrifica dijs immortalib⁹ quib⁹ sacrificant dñi impatores. Illa respōdit. Deū omnipotentē colo q̄ fecit oīa. Nā quos iubes adorare nō sūt dij sed demonia. et ideo nō licet michi adorare ea. qz xp̄iana sū. Cūq; p̄seuerantissime fidē veritatis p̄sequeret. iussit eam p̄ses duob⁹ iuuenib⁹ lasciuis tradi. vt ei nocturno furto insularēt. A quib⁹ p̄ducta in cubiculum valde obscurissimū cū vellent eā tangere subito terremot⁹ fact⁹ est magnus. cecideruntq; in terram exani mes mēbris oīb⁹ resoluti. Diluculo autē cū venissent a p̄side missi qui requirerēt seu de iuuenib⁹ seu de virgine. Ingressi inuenerūt sanctā dei orantem. iuuenes vō impudicos velut mortuos terre p̄stratos. Itaq; ad rei factū complurimi p̄currerent. itez p̄ses iussit p̄ tribunali eā sibi adduci. Et impante p̄side deportati sūt ei⁹ iuuenes & positi ante cōspectū p̄sidis. Ad quos beata virgo facta oratōe accedēs. tetigit illos dicens. In noīe dñi mei hiesu xp̄i. erigite vos in statu vestro. Ad cui⁹ vocem mox illi steterūt sup pedes suos. quos p̄ses interrogauit. quid faciendo hec mulier demētes vos fecit & resolutos. Ingressus est inquit iuueis quidā decoz⁹ mireq; magnitudinis qui totus splēdiēbat sicut sol. stansq; inter nos & puellam hāc tremore & defectione nos claritate sua percussit. P̄ses autē ad beatā serapiā cōuersus. sacrificia dijs inquit ne morte plectaris. Cui virgo. Nō faciā voluntatē patris tui sabane qz xp̄iana sū. Tunc p̄ses iussit lampades ardentes lateribus ei⁹ apponi. Statimq; qui eas tenebāt cōuersi sūt retrorsū. Cūq; itez suasa a p̄side nollet sacrificare fustib⁹ cediē. Et ecce s̄bito terremot⁹

factus est magn⁹. & excussa de fuste d̄ quo cedebatur virgo dei assula exiit in oculū p̄sidis. quē post dolorē luscū fecit. Et irat⁹ dictauit sententiā. Serapiā impialia p̄cepta cōtemnentē & i tantis maleficijs dep̄hensā. gladio p̄cuti iubem⁹. Passa est autē. iiii. kl. augusti. sepultaq; in monumētis illustris martiris sabine p̄die. kl. augusti. cōpositū & ornatum est venerabile sarcophagū ambaz. & locus oratōis dedicat⁹. iiii. non. septembris. q̄ndo & memoria passionis ei⁹ celebrior agit.

**LXXXI.**

**Passio sancte sabine.**

**Ex gestis eius.**

**I**psa nāq; illustrissima femina sabina colligēs reliquias sancte virginis xp̄i serapie & ex more celebratis exequiis in monumēto suo reposuit q̄o ipsa sibi cū summo studio & ornatu fecerat. Et non cessabat ex eo die facere multas elemosinas. p̄manens i fide q̄m ei tradiderat sancta serapia. Studebat quotidiē visitare infirmos & in carcerib⁹ recluſos prestās eis necessaria. Veniēte igiē p̄fecto helpidio rapidissimo cane. indicatū est ei de illa. Quā sibi exhibitā i p̄torio interrogauit dicens. Tu es sabina vxor quondā valentini illustrissime memorie. & filia herodis. Sabina respondit. Ego sum. P̄fect⁹ dixit. Quare oblita es tui. & socia s̄i te xp̄ianis. quorum vita mors est. & nō adoras magis deos. & honoras quos adorant domini & augusti nostri. Sabina respōdit. Ego gratias ago dño ihu xp̄o qui me peccatricē p̄ sanctā famulam suā serapiā de multis foridib⁹ & potestate demonum liberare dignatus est. vt ampli⁹ nō errarem sicut & vos video erratē adorādo demones. P̄fect⁹ dixit. Vt tu dicis ergo nō solum nos. sed & domini augusti nostri demones adorāt & nō deos. Sabina respōdit. Vtinā deū adoraretis qui fecit oīa. cui⁹ nutu cuncta regunt̄ visibilia & inuisibilia. & nō stulta aut insensata simulacra demonum adoraretis. qz cū ipsis p̄ter i gehēna ignis arsuris eritis. vos & impatores vestri. P̄fect⁹ dixit. Per deos oīs si nō sacrificaueris. non elongabote capitalem sententiā subire. s; mox te faciā gladio vita p̄uari. Sabina respōdit. Nō sacrificabo dyabole insane demonijs tuis. qz christiana sū. et christū habeo deū. et ip̄s sum ancilla et cultrix. et illi soli me oportet sacrificare. Tūc dyaboli minister p̄fect⁹ p̄tulit in eā sniam dicens. Sabina dijs inobedientē. dños quoq; et augustos nostros blasphemātem gladio p̄cuti decreuim⁹. atq; oīs facultates ei⁹ publicis titulis p̄signari. Ampuato igiē capite christiani corp⁹ ei⁹ sepelierūt cū facta serapia. Passa est autē. iiii. kl. sep̄.

**LXXXII.**

**Passio sancti eustachij.**

**Ex gestis eius.**

**S** Vb adriano quoq; passus est sanct⁹ eustachij de quo iā supradixim⁹. Huic em̄ reuertenti de p̄elio p̄tra barbaros ubi miserat eū traian⁹. occurrit adrian⁹ q̄ traiano interim defuncto i impio successerat et p̄ victoria festiuitatem celebrauit. Et interrogās quomō in p̄elio virilitē gessit et d̄ agnitōe vxoris et filiorum ei⁹ p̄lixus extendit diuiniū. Altera die p̄xit it̄ in templū ydoloꝝ oblat⁹. Intrante vō impatore in templū appollinis nō cū illo est ingressus eustachij. sed retrocedēs foris stetit. Impator vō conuocās eū interrogabat. q̄re non sacrificaueris dijs p̄pter victoriā. et victimas obtuleris eis. maxime p̄pter vxoris inuentionē et filioꝝ. Qui dixit

ad impatorem. Ego supplico christo dno meo & offero incessanter ei pces q misert est humilitati mee & restituit michi vxore & filios. Aliu vero deu neq scio neq colo. nisi deu celeste q facit mirabilia. Tunc ira replet impator iussit ei solui cingulum & velut transgressorem astare pter cu vxore & filijs. et sic faciebat ostra eu questione. Consideras igit impator imobilitate a? & i xpo fide no mutari. iussit eu cum vxore & filijs introduci in harena. et dimitti eis leone. Accurrens aut leo & stans ppe sanctos. submittes caput & qsi adorans recessit. & cepit egredi de harena. Qd videt impator iussit boue ereu incendi & ibi sanctos introduci. Ineroducti vo in machina supplicauerunt carnificib? ut darer eis ozandi spaciū. Et extendentes man? suas ozauerunt ad dnm ut eos i igne illo vita finire iuberet. omisq sui memores & eoz suffragiu inuocantes a piculis et peccatis liberar. Et hoc illis dicentibus vox de celo venit dicens. Ita erit vobis sicut supplicastis. qz p bona vitam certastis. Tunc facti alacriter seipsos tradiderunt igni. statimqz puiatio ignis compssa est. & laudantes deu reddiderunt animas suas cu pace. Tercia vo die cora impatore extracti de boue. ita penit? icorrupti inuenti sut. q nec capillos eoz va pores incendi cōtixerunt. **LXXXIII.**

**Passio sanctoz faustini & iobite & calocerij.**

**Ex gestis eorum.**  
**S**ub eode passu sut i yalia ciuitate brixiana faustinus & iobita. quoz passio celebrat. xv. kl. marcij. Et pmo quide diu sa genera bestiaru ferocissimaz ostra eos dimissarum no leserunt eos. sed poti? in mansuetudinem versa pedib? eoz se pstrauerunt. ita vt videntes clamarent populi. Magn? est de? celoz. Et credi derunt plusq tria milia. In medio quoqz flame positi deu bndixerunt & penit? illehi pmanserunt. De inde excoziari iussi sut. Sed ministri iussa satagenes implere nequiuert. Post hoc pcepit iudex eorum brachia cōstringi et in altu suspensos vehemter torqri. Ministri iussa impleuerunt. Alij etiā plūbum sup eos solutu ferebat. Sed martires deo cōfortate nichil ex hijs sentiebāt. In euleo quoqz suspēsi sunt. & lampades accense q laterib? eoz apponi videbant extincte sut. Tandē extra urbē ducti sut & ibi decollati. Passus est autē cum eis beat? calocen? .iiii. kl. aprilis. Qui ingress? ante adrianū vidit euleos vacuos & ministros torqri. Clamauitqz corā omib?. Vere magn? est deus christianozum. **LXXXIII.**

**De sca sophia & trib? filiab? ei?.**

**Ex gestis ei?**  
**S**ophia cu trib? filiab? suis veniens romam. exemplo sue religionis & sobrietatis multas ac nobiles feias cōuertit ad fidē. Et adherētes ei a viroz thoris & sūptuosus cōuiujs abstinebāt. Vnde indignatus quidā primoz vrb nomine anthioch? suggestit adriano dicēs. Mulier quedā cu filiab? suis ingressa hāc ciuitate sepa uit a nob matrimonia nostra. Docet em colenduz vnum deu & xpm filiū eius. nec aliter i xpi cultu quenqz posse pficere. nisi et iugio et dicitis abstinent. Propterea deniqz vxores nostre herentes illis. iam nec ad osortium nec ad abū nobis cōueniunt. Tunc impator adrian? iratus. iussit euocari p pfectores mulierē et filias eius. et introduci in palaciū. Erant em puelle speciose valde. et i di

uim scripturis erudite. Ingressure ergo palatium pectus ac frontē xpi signaculo munerūt. Et cū eas vidisset adrian? stupens ad pulcritudinē eaz nichil loqui potuit. Post paululū aduocās pximi us matrē interrogauit nomē. Illa respondit. Qd primum et nobile est. xpiana michi nomē est. secū dum carnē vo voco sophia. nobilissima d genere primo et eminētī existēs ytalie. et veni romā causa filiaz vt eas offerre in munere xpo. Tunc adrianus iussit eā custodiri interim cū filiab? suis in domo paladij senatoris. Mozatibus aut eis in illa custodia. hortabā mater filias ad otemptū vite pfectis. et ad tolerantia passionū p christo. Tribus itaqz dieb? i domo paladij exactis. iussit impator adduci eas matre subsequēte. Quib? ait. O infancule miseremini etatis vestre et senectutis matris. Sacrificate dnatozibus vrbis et adopto vos in filias sub testimonio sacri senatus et militaris exercitus. Si vo audire cōtempseritis. iuro per deos me nec etati pcurum. nec generi. nec decori. sz diuis vos tormētis excruciatas osumam. et membra vestra pculatim incisa. canib? in escam piciā. Ad hec beate adolescentule qsi ex vno ore dixerunt. Nobis impator nec pxmissiones tue cor di sut. nec cōminatōes terrori. Nos habemus patrem q nos adoptauit ad eternā hereditatē. cui? etiā cōminatōes timem?. qz eterna in illis tormēta sunt. De cetero si qua supplicia habere te estimas que fidē nostrā valeāt vincere admoue et cognosces xpianozū vires tuis cruciatib? fortiores. Furorē replet? adrian? aduocauit matrē eaz et dixit. secundū ordmē etatis edicto noia puellarum. Que respondēs ait. Prima dicit fides. anni vero etas. xii. Secunda spes q est annoz. x. Tercia caritas. annoz. ix. **LXXXV.**

**De passione earundem.**

**V**ne impator aduocans fidē. dixit ad eā. Immola magne et sacre diane. Aspice q pulcra sit. vide quāto decoze dña nostra subsistat. Sācta vero fides respondit. O insipientia cecitatis humane. derelinqre dnm qui oia ex nichilo verbo suo fecit. et adorare ligna et lapides arte hominis et sculptura decoratos. Audiēs hos smones adrian? iussit eā expoliari et virgis cedi. donec se polliceret diane sacrificaturā. Duo decim itaqz centurionib? in corpe puelle mutatis nullus tact? plage appebat in corpe ei?. Iterum iussit ferro incidi māmillas ei?. De loco autē incisure p sāguine lac fluebat. Tunc sācta virgo ad regem. Hec sut inquit tote mme tue. Iussit iteruz impator imponi eā sup craticulā et assari. At illa requiescebat sup eā quasi nauis in trāquillo mari. Iussitqz illā trāsferrī. et in sartagine frigi. pice. et cera. et bitumine in ea feruentib?. Cūqz nec hoc tormēto lesa fuisset. adrian? replet? ira q i nullo potuerit suaderi virgini vt immolaret. iussit eam gladio pcuti. Exinde aduocās sequentem blādie bā ēi dicens. Filia acquiesce michi quasi pfi et sacrificata sacre diane. vt subthans ab imminenti pena. Sācta at puella respōdit. Sāto impator quia nichil pficies manib? verbis. Iussit ergo eā expoliari et tundi neruis taureis. et cū decem fuissent in eius carnem mutati centuriones. non potuit a sācta martire hē cōsensum. Et quersa ad impatorē dicebat. Tirāne inimice pietatis. si qd adhuc habes tormentorū adhibe. vt experimento agnoscas in me dei esse vratez. Irat? adrian? precepit

eā viua incendi. Cūq; ingredere in fornacez. sta-  
tim flama extincta est. Ipsa vero ibi posita cepit  
orās laudare deū. Audiens vocē orātis & cantan-  
tis adrian? iussit eā educi de fornace & suspēsam  
torq̄ri. Cūq; torquere de mēbris ei? odor sua-  
uissimus exibat. & hilari vultu dicebat. Tiranne  
nō sentio penā adiūuāte dño meo ihu christo. Ti-  
rann? verbis ei? acri? inflammat? impauit afferri  
vas eneū. & mitti in illud picē & adipē & cerā &  
resinam. Et factū est ita. Cūq; seruēte eneo va-  
se ministri leuarent puellā vt eā ibidē mergerent  
resolutū est vas eneū & liquoz seruēs excussus in  
cendio exussit carnifices vsq; ad ossa. Adrian? nec  
tanto miraculo mitigat? iussit eā decollari. Post  
hoc euocans terciā. id est. caritatē auditis ei? ser-  
monib? magis accensus iussit eā suspendi. & per  
noua quedā augmēta torq̄ri ac flagellari deinde  
in ignem mitti. At illa ingressa incendiū signauit  
se in noīe christi. Et cū intrasset. erupit subito fla-  
ma de camino & percussit grandē turbā virozum.  
Sācta virgo deambulabat i igne gloriā & lau-  
dans deū. Adrian? stupefact? erubuit. & p̄cepit  
eā de fornace educi p̄ p̄tectoꝝ. Qui cū p̄ximas  
sent ori fornacis tres cū ea viderunt dambulātes  
Quoz tñ aspect? sole splendidior erat. Et territi  
ad visionē ceciderūt in faciem. Inde recuperato spi-  
ritu surgentes. hūili p̄ce rogabāt virginē ut egre-  
deret. Que egressa venit cū p̄tectoꝝ ad impa-  
tozem. Et vt eā vidit. ilico iussit occidi. Sācta vō  
sophia mater puellaz collegit corpa. & condiens  
ea aromatibus imposuit vehiculo & portauit ad  
xviii. miliarū ab vrbe roma ibiq; sepeliuit. et cū  
turbis p̄sentib? se p̄cisset in oratōe supra sepul-  
cra filiaz & cū lacrimis dicerz filie accipite me ad  
vos velut sopore p̄ssa quicuit i pace. Ille ergo mu-  
lieres q̄ cum ea venerāt sepelierūt eā i loco iuxta  
filias. Tirānus aut egritudine coartat? est. Nam  
ei? oculi excecati sūt carnes liq̄facte. De ore quoq;  
ei? plenitudo putredinis cū vermib? d̄cidebat  
Ad vltimū in extremis positus voce magna dixit  
Domine de? triū virginū & eaz matris velocius  
aiam meam educ de corpe. Scio em̄ q̄ p̄pter illas  
om̄ia mala hec venerūt sup me. Et hoc cū dixisset  
in magno eiulatu exclamās crepuit & dispersa vi-  
scera ei? vix potuerūt colligi & sepeliri. Passe sē  
aut sācte dei virgines rome. fides. spes. caritas.  
kl. augusti. LXXXVI.

De quadā sācta maria virgine. Actoz.  
**A**drianus impator legiē antonimū sibi ad-  
optasse in filiū. qui etiā postea eidē suc-  
cessit in imperiū. Itaq; s̄b adriano & an-  
tonino legiē passa fuisse beata maria virgo. Ex-  
gestis eius. Hec ancilla quidē tertulli p̄ncipalis  
erat. s̄ nobilitatē dñi mētis benignitate vincebat  
& x̄po se p̄babat ingenuā Natalē itaq; filij cele-  
brāte tētullo. cū impuris vanisq; simulacris hosti-  
as immolaret. maria incubebat ieiunijs. et sociam  
suā ne p̄dere dñe. occulta simulatōe fallebat. Diu  
tñ insidiāte obua. latere nō potuit. p̄dita mox vo-  
catur a dñā. dicitēq; ei. Que est cā ieiunij. an occa-  
sio ista tristicie est. q̄ iratū tibi nup dñm p̄horre-  
scis. Respondit maria. Nunq̄ nouū aliquo nunc  
vsurpo. Semp michi sunt hec obseruata ieiunia.  
Christiana sū. xp̄iano nascor ex genere. heredita-  
rius est michi iste cult? christi. Tūc impante dñā  
vt sibi aliqd̄ hauriret illa noluit. Et dñā indigna-  
ta ei verbera grauiā & penam etiā mortis si repu-

gnaret intentauit. S; dum altercatio ista verborz  
esset cogentis dñe & repugnātis ancille. pedem a  
foris referēs tertull? ingrediē. qui ab vxore rebis  
om̄ibus inquisitis. inauditā statim flagellari p̄cep-  
pit ancillā. & afflictā diutino verbere detrudi in  
carcerē. administrato modico & vili cibo quo nō  
satiare fames. sed deficiētis quotidie aīme ps ex-  
trema suare. Sed deuota mens p̄ x̄po frāgi hoc  
dolore nō potuit. quim etiā quotidianis oratōib?  
incubebat vt facultas esset maior tolerādi. Emer-  
sis vō. xix. dieb? p̄sidi nunciāte tertullū p̄ncipalez  
illi? ciuitatis occultare i domo sua xp̄i. me religio-  
nis ancillā. qd̄ impatorz p̄cepta p̄hibebāt. Stetit  
itaq; adducta tandē. & quīs cōtra iudicē oculos  
tenderet. aīm tñ habebat ad christū. Clamoꝝ vn-  
diq; populi frementis attollit dicētis. viua duro  
creme? incendio. Illa vō intrepida. quippe q̄ dei  
sui nosset auxiliū. celū intuens clamauit ad dñm.  
Mit p̄ses. Sacrifica si effugere totūta festinas. Re-  
spondit. maria. Supplicia q̄ mimaris nec longi t̄p̄is  
nec grauis doloris sūt. Queso ergo ne deferas q̄  
moliris. x̄pm habeo. ideo nichil timeo. Tūc iussu  
p̄sidis applicata tormētis. miseratōem populi can-  
tam accepta est. vt lacrimae quoq; a cūcūstātibz  
funderent. Nec moza. clamore sūmo venia v̄rgi-  
ni postulat. S; crudelitas iudicis accelerare tor-  
menta mādauit. Et ecce secunda vox populi iudi-  
cium p̄sidis castigātis emergit. Vociferatio namq;  
vna pene erat totiz corone. iniuste lacerari virgi-  
nem crudelitate iudicis. non culpa peccantis. agi-  
stra leges om̄ia. nec equitatis iura suari. Scupel-  
vō p̄ses & sono tantū clamoris adictus. qui pe-  
p̄ter humanam vocē ipsa etiā putasset tecta cor-  
ruere. mox mariam relaxari p̄cepit. Tūc suari eaz  
sub custodia libera p̄ses iubet. Maria vō signo do-  
mimi se munuit. & leuatis ad celū oculis post re-  
lictū tribunal orauit ad dñm. Viditq; acie ange-  
loꝝ & multitudinē sāctoꝝ. atq; filii dei se-  
dentem ad dexterā p̄sis. Huic cāta subito gratula-  
tione p̄fusa est. vt iā se p̄adi. um ingressā put̄ret  
LXXXVII.

De petra que  
se sapiens refugium ei prebuit.  
**H**i vō qui eam fugientem p̄sequerentur  
subito stupuē virtute. sed vbi illa se cir-  
cūdatam a p̄sequentib? vidit. lacrimans  
clamauit ad dñm. Ne permittas inquit dñe tradi  
ancillam tuam. & lacerari manib? impioꝝ. s; ostē-  
de misericordiam tuam. Cito exaudi ancillaz tuam  
Exaudi domine rex celestis. Et dū ita orauit. pe-  
tra que ante oculos ei? iacebat dño iubente pate-  
facta rimā p̄fugij q̄ virgo suscipetur ostendit. &  
ad instar dulcissimi nutricis vel care matris. mo-  
tu quodā anxīa amplexās se p̄buit. Moxq; suscep-  
ta virgine latera ante apta occlusit. Hoc cū carni-  
fices p̄viderent om̄ia loca petre illi? p̄scrutati sūt  
sicubi ercepta subito preda ex oculis latitaret. ibi  
adherētes exuuiāz reliquias & affixa saxo resti-  
um frustra dephendunt atq; incredibili stupore  
cōfusi p̄sidi gesta cōmemorant. Ille vō prim ira  
p̄tīm admiratione cōmorus. iussit philocomo p̄-  
cipali veronensū ciuitatis. vt ad p̄dictū locū  
